[9] *in A is add. in mar.:* Nota radicem hic sue opinionis *A*[2] [10] ut p. *ACα* ut prius *(cr. out by β*[2]*)* ut pr. *β* [11] *all the codd. read* 9 [12] ewangelicum *ACα* ewangelium *β* [13] pr. r. *ACα* religionem *(above it* regulam *by β*[2]) privat. *β* [14] discr. *has undergone a correction in β (by β*[2]*)* [15] magna *Cα* magnam *Aβ* [16] approbatam *Aαβ* approbata *C* [17] test. *has undergone a corr. by the texthand in β* [18] consummata *α*,*C*[3], *add. into the text* confirmate *ACβ* [19] earum *C(?)αβ* eorum *A* [20] pr. con. *ACα* c. p. *β* *in C is add. in mar.:* Responsio *(not clear) C*[1] [21] ra. *Cα* et ra. *Aβ* [22] hab. *ACα* non hab. *β* [23] scr. s. *ACα* s. scr. *β* [24] secundam *ACα* *om. β* [25] est *ACα* et *β*

magna et ab universali ecclesia approbata, quia non secundum illam racionem est ipsa posita in dicta mensura. Ex quo sequitur, quod ad rectificandum dictam consequenciam oporteret in antecedente[f] sumere talem proposicionem[26]: sanctus Benedictus consummavit finaliter regulam privatam monachorum secundum omnem suam racionem discrecione[27] magna[28] et ab universali ecclesia approbatam.[29] Et tunc concedenda esset ipsa consequencia et negandum eius antecedens, nec ipsum antecedens, ut constat, asserit beatus Gregorius in dicto allegato, licet in ipso asserat, quod sanctus Benedictus consummavit finaliter particularem regulam monachorum habentem omnem vel aliquam racionem fundatam in scriptura sacra, secundum quam est discrecione magna et ab universali ecclesia approbata.

Ex quo patet, quod de qualibet privata religione potest fieri religio particularis pure ewangelica ab eo, qui habet scienciam divinam separandi purum ab impuro in ea. Et a pari de quolibet dominio seculari potest fieri dominium proprietarium pure ewangelicum per huiusmodi separacionem.[30]

Secundo patet, quod non sequitur, regula privata monachorum, quam finaliter consummavit sanctus[31] Benedictus vel alius, est secundum omnem racionem suam ab hominibus distincte perceptibilem laudabilis, ergo est secundum omnem racionem suam laudabilis vel discre || cione magna aut[32] ab universali ecclesia approbata, ut patet in assimili[33] de vita sancti Iohannis Baptiste.

|| *C fol. 186b*

Tercio patet, quod omnis religio privata sit[34] de religione[35] pure ewangelica per addicionem alicuius ritus religiosi ad eam sub racione nimie universalitatis aut alterius condicionis non fundatam in scriptura sacra et per consequens per addicionem impuri ad purum.[36]

[f] *cp. above p. 497*

[26] proposicionem $C\beta$ propositum $A\alpha$ [27] discr. *has undergone a corr. in* β *(by* β^2*)* [28] magna $C\alpha\beta$ magnam A [29] approbatam $A\beta$ approbata $C\alpha$ [30] *in* A *is add. below the col.* 262[d]*:* Nota de quolibet dominio seculari, potest fieri dominium proprietarium ewangelicum per mali separacionem A^1 [31] sa. $A\alpha\beta$ beatus *(ud.)* su. C [32] aut $A\alpha\beta$ et *(ud.) above it* aut C [33] assimili $AC\alpha$ speciali β, *above it* assimili *von* β^2 [34] sit $AC\beta$ fit α [35] de reli. $C\alpha$ debita A de vita β [36] purum AC inpurum etc. α inpurum β, *but* in *is brackets (by* β^2 *!)*

CAP. IV.

Tercio arguit sic: beatus[1] Benedictus, quando instituit[2] regulam privatam monachorum fuit spiritu iustorum omnium[3] plenus, ut testatur beatus Gregorius,[a] ubi supra; ergo pro tunc habuit scienciam ad instituendum ipsam regulam sine errore. Et cum ex sciencia,[4] quam tunc habuit, instituit ipsam regulam, sequitur, quod instituit ipsam sine errore, et per consequens religio privata exemplata secundum ipsam est sine aliqua erronea vel culpabili condicione laudabilis.

Hic dicitur[5] negando primam consequenciam et 'racio est in assimili' non sequitur; nam non sequitur, beatus Benedictus, quando vixit vitam laudabilem in hoc mundo, fuit spiritu iustorum omnium[6] plenus, ergo pro tunc habuit scienciam ad vivendum vitam laudabilem sine aliqua condicione culpabili. Cum antecedens[7] sit verum et consequens falsum,[8] ergo a pari in proposito[9] non sequitur, cum sit plene assimili.

Ex quo patet, quod non omnis plenitudo, qua quis est plenus spiritu sancto, qui est spiritus omnium[10] iustorum, tollit a vita sua laudabili omnem culpam, cum apostoli, qui cum beato Stephano fuerunt pleni spiritu sancto,[b] sciebant, se cum ipsa plenitudine habere peccatum, ut testatur beatus Iohannes I[a] Ioh. 3,[11c] dum de se et suis sociis[12] apostolis sic dicit: si dixerimus, quia[13] peccatum non habemus, nos[14] ipsos seducimus, et veritas in nobis non est.

CAP. IV. [a] *Gregor. Opp. (edition of the Bened.) Paris 1705, tom. II Dialog. lib. II p.* 229 *A: Ut perpendo, vir iste spiritu iustorum omnium plenus fuit* [b] *cp. Act. 7, 55* [c] *v. 8*

CAP. IV. [1] beatus *ACα* sanctus *β* [2] qu. in. *ACβ* qu. in. quando instituit *α* [3] iust. omni. *ACβ* omni. iust. *α* [4] sc. *in β corr. from* consciencia *by the texthand* [5] *in C is add. in mar.:* Responsio *C*[1] [6] omnium *α* omni *ACβ* [7] antecedens *Cαβ* maius *A* [8] fals. *Cα* *om. Aβ* [9] in prop. *ACα* *om. β, above the line by β*[2] [10] omnium *Aαβ* omni *C* [11] Ioh. I[a] Ioh. 3[o] *α* Ioh. 3[o] *(the 3 cr. out) β, in mar. is add.:* I Ioh. 1 *by β*[3] Ioh. 3[o] *AC* [12] sociis *ACα* *om. β, but add. by β*[2] *above the line* [13] quia *ACα* quoniam *β* [14] nos *ACβ* nosmet *α*

Quarto arguit sic: nulla religio privata difficultat suum professorem ad implendum opera misericordie, sed si aliqua religio privata haberet defectum[15] essencialem culpabilem,[16] sic difficultaret, ergo nulla religio privata habet huiusmodi defectum.

Consequenciam dicit[17] patere et antecedens per hoc, quod regule private religionis[18] cum suis institutoribus[19] hortantur super omnia ad dileccionem dei, ad custodiam preceptorum eius et expresse atque distincte ad opera[20] misericordie et caritatis, ut patet specialiter de regula monachorum et beato Benedicto, eius institutore.[21]

Hic dicitur negando, quod nulla religio privata difficultat suum professorem ad implendum opera misericordie, ut[22] hoc probat proposicio, que pro eius probacione adducitur[23] et racio est, quia,[24] licet regule private religionis secundum racionem illam, qua fundantur[25] in communi regula pure ewangelica perfectorum sic hortantur, ipse tamen regule secundum racionem suam aliam, qua carent fundacione in ipsa communi regula non sic hortantur, et per consequens secundum illam racionem difficultant ab implecione operum misericordie saltem spiritualis, quam debent facere[26] in se et in aliis suis proximis.

Ex quo patet, quod non sequitur a tempore incepcionis pri-
|| *C fol. 187a* vate religionis monachorum innumerabiles sancti || et clerici excellentes tam vita quam doctrina tenuerunt et approbaverunt eam, ut ultra communitatem perfectorum credencium expedicius, securius et meritorius mandata dei servarent et in caritatis exerciciis sibi placerent. Ergo ipsa religio[27] secundum omnem suam condicionem essencialem est laudabilis. Sufficit enim[28] pro consequente debite deducendo ex ipso antecedente, quod religio ipsa secundum omnem suam condicionem essencialem, secundum quam debet teneri et[29] approbari ab aliquo, sit laudabilis.

---

[15] def. *ACα* aliquem def. *β* [16] ess. cu. *Cα* cu. ess. *Aβ* [17] dicit *Cαβ* tenet *(ud.)* dic. *A* [18] religionis *Cα* religionibus *Aβ* [19] institutoribus *Cα* institucionibus *Aβ* [20] opera *α* opere *ACβ* [21] b. B., e. i. *Cα* e. i., b. B. *Aβ* [22] ut *Cα* nec *Aβ* [23] adducitur *Cαβ* adiicitur *A* [24] quia *Cαβ* qua *A* [25] fundantur *Cα* fundatur *Aβ* [26] facere *ACα* habere *β* [27] i. r. *Cα* r. i. *Aβ* [28] enim *Cα* ergo *Aβ* [29] et *Cα* vel *Aβ*

Secundo patet, quod omnis condicio culpabilis vite difficultat[30] secundum quid viatorem, qui vivit ipsam vitam ad implendum opera[31] misericordie, cum omnis talis condicio subtrahit ab eo gradum gracie, per quem debet fortificari ad proficiendum misericorditer[32] sibi ipsi et ecclesie.[33]

Quinto arguit sic: religio privata est status securissimus pro viatore, quod non foret[34] verum, nisi religio privata secundum omnem condicionem suam essencialem foret laudabilis, ergo sic est.

Consequenciam dicit patere et assumptum sic arguit: status privatus claustralis est status securissimus pro viatore eo, quod sanctus[35] Gregorius, sanctus Augustinus, sanctus Hieronymus, sanctus Benedictus, sanctus[36] Bernhardus, Dominicus, Franciscus[37] cum quotquot[38] aliis sanctis exemplo vite ipsum[39] securissimum[40] affirmaverunt. Et cum omnis[41] huiusmodi status claustralis est religio privata, sequitur, ut dicit, antecedens probandum.

Hic dicitur[42] negando, quod religio privata est status securissimus pro viatore. Et ad probacionem eius dum sic arguitur: status privatus claustralis est status securissimus pro viatore,[43] dicitur eciam hoc negando, nec hoc asseruerunt saltem scienter distincte,[44] ut creditur, exemplo vite dicti[45] sancti recitati, licet exemplo vite asseruerunt,[46] quod status privatus claustralis secundum racionem illam, qua est fundatus, in communi religioni pure ewangelica perfectorum est status securus viatori ad vivendum in eo tamquam in scola Cristi pro beatitudine acquirenda, quam securitatem in parte declarat bene iste monachus,[d] dum dicit, quod in monasterio, quod iste status regitur[47] per prelatos, habet subditus de temporalibus in usu

[d] *cp. above cap. III commencement p. 496*

[30] diff. *ACβ* laudabilis diff. *α* [31] op. *ACα* ipsa op. *β* [32] miser. *Cα* *om. Aβ* [33] eccl. *ACβ* eccl. etc. *α* [34] foret *Aαβ* fieret *C* [35] sanctus *Cαβ* beatus *A* [36] sanctus *ACβ* *om. α* [37] Be. Do. Fr. *Cα* Be. sanctus Do. et Fr. *Aβ* [38] quotquot *ACβ* quodlibet *α* [39] ipsum *Cαβ* ipse *A* [40] securrissimum *Cαβ* securissime *A* [41] omnis *Cα* *om. Aβ* [42] *in C is add. in mar.:* Responsio *C*[1] [43] et ad prob. e. d. s. a. st. p. cl. e. s. s. p. v. *ACα* *om. β, but add. in mar. by β*[2] [44] sci. dist. *Cαβ* dist. sc. *A* [45] dicti *Cα* *om. Aβ* [46] asseruerunt *ACα* asseruerant *β* [47] regitur *Cα* regit *Aβ*

sensibili solum necessarium victum et vestitum absque egestate vel superfluitate[48] iuxta mentem apostoli I[49] Tim. 6[e] et secundum oracionem[50] et desiderium sapientissimi Salomonis Proverb. *(30)*[51f] et hoc sine magna vagacione et[52] sollicitudine seculari, que solent[53] cultum dei impedire et variis peccatis occasionem multiplicem ministrare. In monasterio eciam, quod iste status regitur[54] per prelatos, habet subditus multa promotiva ad bonum et multa retractiva a malo, ut puta, exempla, doctrinas, moniciones et frequentes correciones superiorum et sociorum.

Ex quo patet, quod in monasterio, quod[55] defectus religionis regitur[56] per prelatos, est[57] subditus longe valde ab hac securitate declarata, cum in tali monasterio habet subditus pauca retractiva a malo et multa promotiva ad malum, quod dicit quidam fidelis, quod monasterium seu claustrum huiusmodi male regulatum est nidus dyaboli, a quo rapit multas animas ad infernum, in quo fovet pullos suos dogmate ypocritico, a doctrina domini elongato, racione cuius nutricionis[58] || multe anime, ut probabiliter creditur, dampnantur in tartaris, que nutrite in scola domini forent salvate in celis, dum servata doctrina Cristi libere fuerint[59] eventate.

|| *C fol. 187b*

Secundo patet, quod sumendo religionem privatam pro religione communi perfectorum, cui non additur aliquis ritus humanus tamquam pars eius, licet addatur sibi tamquam accidens eius, potest vere dici, quod religio privata est status securissimus pro viatore ad beatitudinem. In quo sensu[60] sumit, ut videtur,[61] apostolus eam, dum[62] dicit Act.[63] 26,[64g] quia[65] secundum certissimam sectam

---

[e] *v. 8* [f] *v. 8; from* desiderium *and* oracionem *it is evident that this verse is meant by W., not, for instance, v. 13, 7; 25* [g] *v. 5*

---

[48] superfl. *Cαβ* supfluitate *A* [49] Iª *α* *om. ACβ* [50] oracionem *ACβ* racionem *α* [51] *all the codd. read* 13 [52] et *AC* vel *αβ* [53] solent *ACβ* solet *α* [54] regitur *Cα* regit *Aβ* [55] quod *AC,β corr. above the line* *om. αβ* [56] regitur *Cα* regit *Aβ* [57] est *Cαγ* et *A* [58] nutric. *Cα* enutricionis *A,β here a correction took place at it* [59] fuerint *Cα* forent *Aβ* [60] sensu *ACβ* *om. α* [61] ut vid. *Cα* *om. Aβ* [62] dum *Cαβ* dum *A* [63] Act. *Cαβ* apostolus Act. *A* [64] *in A is add. below the col. 263d:* Nota fundamentum pulcrum ex scriptura pro religionibus privatis ex Paulo Actis 26 *A²* [65] quia *Cα* . quod *Aβ*

sue religionis vixit phariseus.[66] Sed si sic sumatur[67] religio privata,[68] equivoce sumitur ab eo modo, quo sumunt ipsi eam,[69] qui distingwunt religiones privatas essencialiter a se invicem et a communi religione pure[70] ewangelica perfectorum, et per consequens equivoce sumitur ab eo modo, quo in argumentis et responsionibus superius factis sumitur.

CAP. V.

Sexto arguit sic: religio privata est status[1] securior quam status prelacie, quod non foret verum, nisi foret[2] secundum omnem suam condicionem[3] essencialem laudabilis, ergo sic est.

Consequenciam dicit patere,[4] et assumptum arguit sic: status prelacie est periculosior religione privata, eo quod secundum Augustinum ad Valerianum[a] et ponitur in Canone dist. 40[5] capitulo[b]: 'Ante omnia', nichil est in hac vita et maxime in hoc tempore difficilius, periculosius et laboriosius[6] episcopi aut presbyteri officio, ergo religio privata est minus periculosa quam status prelacie; et cum proporcionaliter ut status est minus periculosus,[7] est securior, sequitur, ut dicit, quod religio privata est securior quam status prelacie.

Hic oportet premittere quandam supposicionem de statu monasterii[8], quod aliquando capitur personaliter[9] pro statu huiusmodi,

CAP. V. [a] *cp. August. (edit. of the Bened.) Ep. ad Valer. No. 21* [b] *Decret. Grat. I P. Dist. XL cap. 7: Non ordinis, sed vitae merita nos Deo commendant. Ante omnia peto ut cogitet religiosa prudentia tua, nichil esse in hac vita et maxime in hoc tempore facilius et levius et hominibus acceptabilius episcopi aut presbyteri aut diaconi officio, si perfunctorie atque adulatorie res agatur sed nichil apud Deum miserius et tristius et dampnabilius, cp. Corp. iur. canon. ed. Richter-Friedberg (Leipzig 1879) P. I p. 146*

[66] phariseus $AC\beta$ franciscus α [67] sumatur $AC\alpha$ summatur β [68] privata $AC\alpha$ private β [69] eam $AC\alpha,\beta^2$ *add. above the line* *om.* β [70] pure $C\alpha\beta$ *om.* A

CAP. V. [1] status $C\alpha$ *om.* $A\beta$ [2] ni. fo. $C\alpha$ *om.* $A\beta$ [3] su. co. $AC\beta$ con. su. α [4] patere $C\alpha\beta$ tenere seu patere A [5] 40 *has undergone a correction in* β [6] p. e. l. $C\alpha$ l. e. p. $A\beta$ [7] min. per. $C\alpha\beta$ periculosus minimus A [8] *in A is add. in mar.:* prelacie A^1 *in C in mar.:* Responsio C^1 [9] personaliter $A\alpha\beta$ persone C, *(cr. out), but in mar.* personaliter C^2 *(?)*

cui accidit status virtuose conversacionis sibi debitus, quo modo sumitur a beato Petro *(I)* Petri 2,[c] dum precipit servis obedire dominis discolis, et aliquando sumitur simpliciter pro aggregato[10] ex huiusmodi statu et statu[11] virtuose conversacionis sibi debito, quo modo sumitur a beato Augustino IV de Civitate Dei cap. 4, dum dicit,[d] quod reges sine iusticia sunt tyranni.

Supposito[12] secundo, quod in dicto argumento sumatur status prelacie pro statu prelacie secundo modo dicto, quibus duobus suppositis dicitur negando, quod religio privata est securior quam status prelacie, et ad probacionem eius cum sic arguitur: status prelacie est periculosior religione privata, dicitur hoc negando, sumendo statum prelacie pro statu prelacie secundo modo dicto. Nec oppositum huius asserit beatus[13] Augustinus in auctoritate preallegata, licet in ipsa asserat, quod status prelacie primo modo dictus, dum caret[14] statu virtuose conversacionis sibi debito, est status periculosissimus in hoc mundo.

Ex quo patet, quod proporcionaliter, ut[15] status aliquis est virtuosior, est securior, quia a peccato elongacior.

Secundo patet, quod status prelacie secundo modo dictus est status securissimus in hoc mundo eo, quod est status perfectissimus et maxime meritorius in hoc mundo, dicente beato[16] Augustino in dicta auctoritate, quod nullum officium viatoris est apud deum beacius officio episcopi aut presbyteri, si eo modo militetur, quo noster imperator iubet etc.[17]

|| *C fol. 188a* || Tercio patet, quod nemo est dominus, sacerdos vel religiosus

[c] *v. 18* [d] *cp. August. Opp. Tom. VII, De civ. Dei, lib. II, cap. XXI p. 49 C: Cum vero iniustus est rex, quem tyrannum more Graeco appellavit etc. W. has, I believe, this passage in view; his own quotation (lib. IV cap. IV p. 90 G) reads: Remota itaque iustitia, quid sunt regna nisi latrocinia? quia et ipsa latrocinia quid sunt nisi parva regna?*

[10] *in A is add. below the col. 263d:* Nota: status prelacie capitur dupliciter, uno modo personaliter, alio modo aggregative *A*² [11] et st. *Cα om. Aβ* [12] supposito *αC (?)* suppono *Aβ* [13] beatus *ACα* huius *(cr. out)* beat. *β* [14] caret *Cαβ* facta *(cr. out)* car. *A* [15] ut *Cαβ* nec *A* [16] beato *Cα* dicto *Aβ* [17] etc. *Cα om. Aβ*

statu dominii,[18] sacerdocii vel religionis secundo modo dicto, dum fuerit in mortali crimine.[19]

Quarto patet, quod religio privata non est status securissimus in hoc[20] mundo, eo, quod, cum sit essencialiter culpabilis, non est maxime elongatus a peccato.

Quinto patet, quod status sacerdotalis parochialis secundo modo sumptus est status perfeccior, meritorior et securior religione privata, eo, quod includit in se statum alciorem virtuose conversacionis, propter quem suscipiendum debet religiosus privatus abicere vitam religionis private, testante beato Hieronymo[e] et ponitur in Canone 16, qu. I[21]: 'Sic vive', ubi sic hortatur rusticum monachum: sic, inquit, vive in monasterio, ut clericus i. e. secundum glosam[22] curatus esse merearis. Cui concordat beatus Augustinus[f] ad Eudoxium[23] et ponitur in Canone 16 qu. I[g]: 'Vos autem fratres', ubi sic alloquitur religiosos privatos: vos, inquit, fratres exhortamur in domino, ut propositum vestrum custodiatis et[24] usque in finem perseveretis, scilicet secundum racionem, qua propositum

[e] *cp. Hieronym. ad Rusticum Monach. ep. CXXV ed. Migne No. 17*
[f] *Corp. iur. can. Decreti II P. CXVI qu. 1, cap. XXVI: Digne in monasterio vivens per populi electionem ad clericatum poterit promoveri. Sic vive in monasterio, ut clericus esse merearis, cp. Corp. iur. can. ed. Richter-Friedberg (Leipz. 1879), I, p. 768* [g] *cp. August. Opp. (edit. of the Bened.) Ep.48, No. 2* [g] *Corp. iur. can. Decr. II p. C. XVI cap. XXX: vos autem fratres exhortamur in Domino, ut propositum vestrum custodiatis, et usque ad finem perseveretis, ac si qua opera vestra mater ecclesia desideraverit nec elatione avida suscipiatis nec blandiente desidia respuatis, sed miti corde obtemperetis Deo, cum mansuetudine portantes eum, qui vos regit, qui dirigit mites in iudicio, qui docet mansuetos vias suas. Nec vestrum ocium ecclesiae necessitatibus preponatis, cui parturienti si nulli boni ministrare vellent, quomodo nasceremi non inveniretis, vgl. Corp. iur. can. ed. Richter-Friedberg (Leipz. 1879), Decr. P. I p. 769*

[18] dominii *Cα,β (cr. out)* *om. A* [19] *in A below col. 264[a] there is a gloss, which possibly refers to this passage:* Nota hic de peccato mortali, quod non tollit officium. Puto, quod hic loquitur caute, alibi dicit oppositum *A[1]* [20] hoc *Cαβ* hac *A* [21] 1 *ACα* 5 *β* [22] glossam *C (!) αβ* gloriam *(?) A* [23] Endoxum *α* Ondixium *A* Ondoxium *β* *om. C, but in mar.* ad endoxum *C[2]* [24] et *Aαβ* in domino *(ud.)* et *C*

ipsum fundatur in scriptura sacra, et sequitur, ac[25] si qua[26] opera vestra mater ecclesia desideraverit in prelacione, scilicet superiori vel[27] inferiori nec elacione avida suscipiatis, scilicet vos importune in gerendo neque blandiente[28] desidia respuatis, sed miti corde obtemperetis deo neque ocium vestrum necessitatibus ecclesie preponatis, cui parturienti, si nulli boni ministrare vellent, scilicet in prelacione, quomodo nasceremini, non inveniretis.

Ex quo dicto patet, quod eque legittime potest[29] rector vel vicarius indigens socio ad iuvandum eum in curia[30] sua requirere sacerdotem habilem[31] religionis private sicut[32] sacerdotem habilem secularem,[33] et eque legittime debet huiusmodi sacerdos religionis private obedire huiusmodi requisicioni sicut sacerdos secularis.

Patet secundo ex eodem, quod sacerdotes simplices, tam seculares quam claustrales, debent propter perfeccionem status prelacie in processionibus episcoporum permittere curatos[34] inferiores immediate sequi suos episcopos, qui curati gerunt vicem maiorum discipulorum excellencius quam simplices sacerdotes, quia[35] ipsi curati gerunt vicem ipsorum[36] discipulorum,[37] in quantum ipsi discipuli sunt curati, et ipsi simplices sacerdotes non gerunt vicem ipsorum discipulorum, nisi[38] in quantum ipsi discipuli sunt sacerdotes.

CAP. VI.

Septimo arguit sic: lex iusta, secundum racionem qua iusta, obligat peccatorem contempnere habere[1] licenciam dei pro licencia sufficienti ad confitendum peccata sua alieno sacerdoti pro beneficio sacramentalis absolucionis obtinendo, ergo per idem religio

[25] ac *has undergone a correction in* β [26] qua *ACα*,β^2 *add. above the line* *om.* β [27] vel *ACβ*,α^1 *in mar.* et α [28] blandiente *Cα* blandienti *Aβ* [29] potest *Cβ* patet *Aα* [30] curia *C* cura *Aαβ* [31] habilem *ACα*,β^2 *add. above the line* humilem β [32] sicut *ACα* obedire huiusmodi *(underlined)* sicut β [33] sec. *Cαβ* religionis private sec. *A* [34] curatos *αβ* curatas *AC* [35] quia *Cα*,β^2 qui *A* *om.* β [36] ipsorum *AC*β^2 *om.* *αβ* [37] excellencius quam — discipulorum *ACα* *om.* β, *but add. above the line by* β^2 [38] nisi *Cαβ* non *A*

CAP. VI. [1] habere *Cα* *om. A*,β, *but here* habere *is add. by* β^1, *then again cr. out by* β^2

iusta, secundum racionem qua iusta, potest obligare subditum in ea contempnere habere licenciam dei pro licencia sufficienti ad variandum in religiosis ritibus pro debita execucione religionis communis et per consequens[2] non ex hoc, quod religio privata sic obligat, est ipsa culpabilis.

Patet consequencia, ut dicit, et antecedens extra de Penitenciis et Remissionibus cap.[3]: ¦ 'Omnis utriusque',[a] ubi sic habetur: si quis autem alieno sacerdoti voluerit iusta de causa sua confiteri peccata,[4] licenciam prius postulet et obtineat, cum[5] aliter ipse illum non possit solvere vel ligare. | *C fol. 188b*

Hic dicitur negando, quod lex iusta secundum racionem, qua est iusta, obligat peccatorem contempnere habere licenciam dei pro sufficienti licencia ad confitendum peccata sua[6] alieno sacerdoti pro beneficio sacramentalis absolucionis obtinendo. Nec istud asserit lex allegata, cum verbum illud 'obtineat'[7] intelligi debet cum hac condicionali 'si poterit'. — Ex quo sequitur, quod[8] volens confiteri iusta[9] de causa alieno sacerdoti pro beneficio absolucionis sacramentalis[10] obtinendo petens pro complecione ipsius voluntatis[11] licenciam sui proprii sacerdotis, et cum hoc non valens ipsam obtinere potest in isto casu ex[12] pura licencia dei illud facere.

Secundo sequitur, quod, sicut peccator volens ex iusta causa

CAP. VI. [a] *Corp. iur. can. Decret. Gregor. IX l. V tit. XXXVIII cap. XII: Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio sacerdoti ..... Si quis autem alieno sacerdoti voluerit iusta de causa sua confiteri peccata, licentiam prius postulet et obtineat a proprio sacerdote, quum aliter ipse illum non possit absolvere vel ligare etc. Cp. Corp. iur. can. ed. Richter-Friedberg (Leipzig 1879) P. II, p. 887. The general title of XXXVIII is: De Poenitentiis et Remissionibus*

---

[2] et p. c. *ACα* *om. β, but add. in mar. by* β^2 [3] remissionibus *Aβ* remissis cap. *Cα* [4] si q. a. a. s. v. i. d. c. s. c. p. *Cα* si q. i. d. c. a. s. v. s. p. c. *Aβ* [5] cum *Cα*,β^2 *add. above the line* vel *Aβ* [6] sua *ACβ* *om. α* [7] obtineat *Cαβ* optimeat *A* [8] *in β there is an erasure above* quod [9] iusta *Cα*,*β* *(here a correction has taken place* (β^2)*)* ista *A* [10] ab. sa. *Cα* sa. ab. *Aβ* [11] vol. *ACβ* *om. α* [12] ex *has undergone a correction by* β^2

confiteri alieno sacerdoti pro beneficio sacramentalis[13] absolucionis obtinendo, non debet contempnere petere licenciam proprii sacerdotis pro obtentu ipsius licencie ad hoc. Sic[14] subditus in religione privata, volens ex iusta causa variare in ritibus religiosis pro debita execucione religionis communis, non debet contempnere petere licenciam sui prelati sub deo pro obtentu ipsius licencie[15] ad ipsam variacionem faciendam.

Tercio sequitur, quod, licet non sit de necessitate salutis, cuilibet fideli discreto peccanti mortaliter, quod confiteatur ore semel in anno proprio sacerdoti sub deo vel eius vicem ordinariam gerenti omne peccatum suum mortale pro beneficio sacramentalis absolucionis obtinendo, vel quod recipiat in paschate eucharistiam, tamen est de necessitate salutis cuilibet huiusmodi[16] fideli,[17] quod non contempnat finaliter confiteri ore semel in anno proprio suo sacerdoti sub deo vel vicem eius[18] ordinariam gerenti omne peccatum mortale suum pro beneficio absolucionis sacramentalis obtinendo,[19] vel recipere in paschate[20] eucharistiam.

Patet prima pars[21] per hoc, quod non est de necessitate salutis cuilibet homini fideli, quod non sit mutus vel quod non moriatur in anno illo, quo incipit habere discrecionem ante pascha.

Et secunda pars patet[22] per hoc, quod est[23] de necessitate salutis cuilibet[24] huiusmodi[25] fideli, quod non moriatur in aliquo peccato mortali, et finaliter sic contempnere est mori in peccato mortali.

Ex quo patet quarto, quod, quando Augustinus II[26] de Visitacione Infirmorum sic[b] scribit[27]: non te seducat sompniancium

[b] *cp. Aug. Opp. Tom. VI De Visit. Infirm. lib. II cap. IV p. 257 E: non seducat te somniantium illa superstitio, quae in visitando confirmat, quia salvat sacerdote inconsulto ad Deum peccatorum confessio*

[13] sacramentalis *Cαβ* secularis *(?) A* [14] sic *αβ* sit *(?) AC* [15] licencie *Cαβ* licencia *A* [16] huiusmodi *Cα* homini *Aβ* [17] *in A is add. in mar.:* Nota *A¹* [18] v. e. *Cα* e. v. *Aβ* [19] obtin. *Cαβ* acquirendo *A* [20] paschate *C* paschata *Aαβ* [21] Pa. pr. pars *ACβ* pr. pars p. *α* [22] patet *Cα* *om. Aβ* [23] est *ACα* *om. β* [24] cu. *ACα* est cu. *β* [25] huiusmodi *Cα* homini *Aβ* [26] II *Cαβ* *om. A* [27] *in A is add. in mar.:* Augustinus de confessione *A¹*, *but this marginal gloss ought to stand a few lines further on, cp. p. 509 l. 10*

supersticio illa, que mussitat, quia salvat ad deum peccatorum confessio, sacerdote inconsulto. Non asserit per illa verba, quod est supersticio sompniancium asserere, quod ad deum peccatorum confessio[28] non consulens sacerdotem proprium sub deo pro sua satisfaccione sacramentali salvat, licet asserat per illa, quod est supersticio sompniancium asserere, quod ad deum peccatorum confessio contempnens finaliter consulere sacerdotem proprium sub deo pro sua satisfaccione sacramentali salvat.

Ex quo patet quinto, quod verba Augustini super Psalterium,[c] quibus sic loquitur ad peccatorem[29]: si non confessus lates, inconfessus dampnaberis,[30] debent intelligi hoc modo: quod si peccator lateat in tenebra superbie contempnens finaliter || confiteri proprio sacerdoti sub deo seu eius vicem ordinariam gerenti, inconfessus dampnabitur. || *C fol. 189a*

Sexto patet ex predictis,[31] quod nemo conteritur de peccato mortali, quod commisit, nisi cum hoc confiteatur deo et ab eo sacramentaliter reconcilietur. Probacio huius stat in hoc, quod nemo sic conteritur, nisi cum hoc confiteatur mente deo et voluntarie suscipiat ab eo onus ad faciendum et paciendum, quidquid deus wlt, quod faciat vel paciatur in hoc mundo vel alio, tamquam penitenciam integram satisfaccionis sacramentantem[32] perfecte penitenciam satisfaccionis Cristi. Et cum omnis huiusmodi[33] suscepcio sit perfecta sacramentalis reconciliacio, sequitur conclusio.

Ex quo patet, quod non omnis sacramentalis reconciliacio est

---

[c] *cp. August. Opp. Tom. IV Enarr. in Psalm. LXVI p. 660, F: quid timetis confiteri et in confessione vestra cantare canticum novum cum omni terra, in omni terra, in pace catholica confiteri times, Deus ne confessum damnet! Si non confessus lates, confessus damnaberis (with ref. to this there is a note below: Editi ,non confessus damnaberis'. Expunge ,non', quod abest a MSS). Timès confiteri, qui non confitendo esse non potes occultus: damnaberis tacitus, quia posses liberari confessus*

---

[28] confessio $AC\beta$ *om.* α [29] *in A is add. above col.* 264^d*:* De confessione Augustini A^1 [30] dampnaberis $AC\alpha$ dampneberis β [31] predictis C,α *here* pro *has later been add.* dictis $A\beta$ [32] sacramentantem $C\alpha$ sacramentalem $A\beta$ [33] huiusmodi $AC\alpha$ huius β, *but corr. into* huiusmodi *by* β^2

denunciacio,[34] qua contritus denunciatur[35] esse realiter absolutus a deo, cum aliqua huiusmodi sit voluntaria suscepcio satisfaccionis integre tamquam sacramenti perfecti satisfaccionis Cristi, et aliqua est suscepcio satisfaccionis parcialis tamquam sacramenti imperfecti satisfaccionis Cristi; quorum sacramentum primum suscipit penitens a deo et secundum a sacerdote sub deo, qui propter suam ignoranciam non valet ministrare penitenti integram satisfaccionem tamquam perfectum sacramentum penitencie sive[36] satisfaccionis Cristi.

CAP. VII.

Ex quo videtur, quod sicut deus propter defectum sciencie in papa non constituit vicarium suum papam[1] ad ministrandum penitenti periodum integri sacramenti penitencie, sic propter[2] eundem defectum non constituit eum vicarium suum ad remittendum ipsi[3] penitenti partem ipsius periodi, et per consequens non constituit eum vicarium suum ad remittendum penitenti[4] periodum pene purgatorii[5] alterius mundi, cum periodus pene[6] purgatorie alterius mundi sit periodus magne partis integri sacramenti penitencie sive satisfaccionis Cristi, licet constituat eum servum suum ad merendum sibi et aliis penitentibus abbreviacionem pene purgatorie alterius mundi.

Cum enim papa, quem quidam vocant catholice subpapam propter appropriacionem istorum nominum: 'papa', 'dominus', 'rex', 'magister', 'caput', 'summus pontifex' et similium[7] Cristi,[8] quam secundum eos Cristus fecit in nova lege, dum sic dixit discipulis suis Matth.[9] 23[10 a]: vos autem nolite vocari[11] rabbi, non debet

CAP. VII. [a] *v. 8*

[34] denunciacio *ACβ* de necessario *α* [35] denunciatur *ACβ* denecessitatur *α* [36] sive *Cα* *om. Aβ*

CAP. VII. [1] vic. su. pa. *Cα* pa. vi. su. *β* vi. su *A* [2] propter *Cαβ* per *A* [3] ipsi *Cα* *om. Aβ* [4] partem ips. p., et p. c. n. c. e. v. s. ad r. p. *ACα* *om. β, but add. later above the col. by β²* [5] purgatorii *ACβ* purgatorie *α* [6] pene *Cαβ* *om. A* [7] similium *Cβ* similimum *α* similitudinem *A* [8] Cristi *ACα* Cristo *β* [9] Mt. *ACα* Mr. *β* [10] 23 *α* *om. A (there is a blank space left for the number), Cβ* [11] vocari *ACα,β² in mar.* *om. β*

facere indulgencias hominibus de penitencia huiusmodi,[12] terminando[13] secundum suam[14] ignoranciam ante mortem eorum penitenciam, quam debent facere in hoc mundo, a pari vel a[15] forciori non debet facere indulgencias hominibus de penitencia alterius mundi, terminando secundum suam ignoranciam ante[16] terminum a deo constitum penitenciam, quam debent facere in futuro mundo. Nec ex hac sentencia sequitur, quod deus non posset constituere papam vicarium suum ad ministrandum penitenti periodum integri sacramenti penitencie ad remittendum ei[17] illam et partes eius, licet ex dicta sentencia sequatur, quod deus non posset sic constituere papam vicarium suum, nisi cum hoc conferret[18] sibi noticiam ad cognoscendum suam voluntatem in hiis punctis et[19] ad denunciandum[20] conformiter ipsi voluntati.

Ex quo patet, quod papa habet potestatem, cum qua posset, habita sufficienti || noticia ministrare penitenti[21] periodum integri sacramenti penitencie et remittere ei illam, licet non habeat potestatem, cum qua debet facere huiusmodi ministracionem, dum huiusmodi noticia sibi deest. || *C fol. 189b*

Ex quo sequitur ulterius, quod verba paparum, quibus videntur[22] remittere sive indulgere certos annos satisfaccionis post[23] hanc vitam omnibus vere contritis et confessis, qui tale opus meritorium vel tale faciunt,[24] intelligi debent[25] de reputativa[26] remissione et non de certa remissione, de qua[27] per ante[b] locutum est, dum[28] dicitur, quod deus[29] non constituit papam vicarium suum ad remittendum, scilicet[30] certa remissione penitenti periodum integri sacramenti penitencie.

---

[b] *cp. above cap. VII p. 510*

[12] huiusmodi *Cα* huius mundi *Aβ* [13] terminando *Cαβ* teriando *A* [14] suam *αβ* quam *AC* [15] a *ACα* *om. β, but add. into the text by β²* [16] ante *Aβ* aut *Cα* [17] ei *has undergone a correction in β* [18] conferret *ACα* conferet *β* [19] et *Cα,β but here ud. by β²* *om. A* [20] denunciandum *Aβ* denecessitandum *(?)* *Cα* [21] min. pen. *Cαβ* *om. A* [22] videntur *β* *om. ACα* [23] post *Cα,β here corr. from* patet *by the texthand* patet *A* [24] faciunt *ACα* facere *β, cr. out by β², and* faciunt *is corr. into the text by β²* [25] debent *Aβ* debet *Cα* [26] reputativa *Cβ* representativa *(?) A* reputacoetiva *(*coe *ud. — the scribe was going to write* reputacione) *α* [27] qua *Cαβ* quibus *A* [28] dum *ACβ* cum *α* [29] deus *α* *om. ACβ* [30] scilicet *AC* sed *αβ*

Nec obviat huic sentencie, sed consonat cum ea, quod[31] in homine discreto, dum hic vivit, est duplex penitencia,[32] scilicet spiritualis, que consistit in odio peccati, quam Cristus ministravit adultere, de qua Ioh. 8,[c] et corporalis penitencia, que consistit in ieiunio et[33] oracione et elemosina, que prudenter a sacerdote ministrantur, dum ministrantur[34] in ea mensura penitenti, qua debent iuvare odium eius ad destruendum peccata carnalia, dyabolica et mundana.

Septimo patet ex dictis, quod non quilibet sacerdos contritus de quolibet peccato suo mortali, quod commisit, nondum sacramentaliter reconciliatus, a sacerdote sub Cristo debet sub pena peccati mortalis recipere beneficium huiusmodi sacramentalis absolucionis, antequam[35] celebret[36] vel comedat eucharistiam,[37] licet quilibet huiusmodi sacerdos debet sub pena peccati mortalis non contempnere recipere beneficium huiusmodi sacramentalis absolucionis, antequam celebret vel comedat eucharistiam.

Secunda pars huius satis claret, et prima videtur clarere per hoc, quod tunc eque necessaria esset sacramentalis absolucio sacerdotis sub Cristo a crimine occulto pro baptizato[38] peccatore contrito ad digne comedendum eucharistiam, sicut est sacramentalis absolucio Cristi, a crimine occulto pro baptizato peccatore contrito ad digne comedendum[39] eucharistiam,[40] quod esset nimis[41] onerosum fidelibus, et specialiter curatis ruralibus, quibus deficit frequenter copia sacerdotum habilium, a quibus prudenter valent[42] huiusmodi absolucionem accipere.

Octavo patet, quod licet fratres admissi ab episcopis iuxta cap.[d]: 'Dudum', possent[43] libere ministrare parochianis[44] ipsorum

[c] *v. 11* [d] *cp. Corp. iur. canon Decr. p. II C. XVIII qu. II cap. XXV p. 837: qui in sacro sunt ordine constituti in monasteriis*

[31] quod *ACα* que *β* [32] *in C is add. in mar.:* Duplex penitencia *C¹* *in β in mar.:* Penitencia est duplex, scilicet spiritualis et corporalis *β⁸* [33] et *Cα* *om. Aβ* [34] dum min. *Cα* *om. Aβ* [35] antequam *Cαβ* anquam *A (compend. om.)* [36] celebret *Cαβ* celebrat *A* [37] *in A is add. in mar.:* Nota *A¹* [38] baptizato *Cα,β (here corr. from* -ta) baptisata *A* [39] comedendum *Cα* manducandum *A* *om. β* [40] sicut est sacr. — com. eucharist. *ACα* *om. β* [41] nimis *Cαβ* minus *A* [42] valent *Cαβ* valet *(!) A* [43] possent *ACα* possint *β* [44] parochianis *αβ* parachianis *AC*

episcoporum beneficium absolucionis sacramentalis, quod[45] tenentur, si valent, recipere semel in anno iuxta cap.[e]: 'Omnis utriusque',[46] cum ipsi parochiani volentes recipere ipsum beneficium ab eis non debent contempnere ipsum[47] ab eis[48] ex precedente licencia petita et obtenta[49] suorum propriorum curatorum.

Probat autem istud[50] satis diffuse dominus Armacanus[51] in tractatu suo de ista materia contra errores fratrum per multa exempla, quorum unum est tale: fratres habent privilegium, quod possunt in suis locis libere predicare quibuscunque volentibus[52] accedere ad eorum sermones et tamen cum toto isto privilegio nec Carthusienses nec Moniales[f] [53] volentes accedere ad eorum sermones debent contempnere facere ipsum accessum ex precedente licencia petita et obtenta[54] suorum superiorum. Sic in proposito licet fratres habeant tale || privilegium, quod possunt libere ministrare etc., tamen[55] ipsi parochiani volentes recipere ipsum beneficium ab eis non debent propter obligacionem eorum ad servandum cap.[e]: 'Omnis utriusque' contempnere recipere ipsum[56] ab eis ex[57] precedente licencia petita et obtenta[58] suorum propriorum curatorum. || *C fol. 190a*

CAP. VIII.

Octavo arguit sic: religio privata est essencialiter perfeccior, meritorior et securior quam status secularis, quod non foret verum,

nullam habeant potestatem. Dudum ad nos multorum relatione pervenerat etc. Hortamur ergo, ut omni mora omnique excusatione summota ita monasteria ipsa ab huiuscemodi studeatis gravamine relevare, quatinus nullam deinceps in eis clerici vel qui in sacro ordine sunt constituti ob aliud (nisi hortandi tantum modo causa) accedendi habeant licenciam, aut si forte ad peragenda sacra missarum fuerint invitati misteria etc. [e] *cp. above cap. VI note a* [f] *i. e. the Sanctimoniales, cp. above p. 284 note e*

[45] quod *Cαβ* quo *A* [46] ut. *ACα* ut. sexus *β* [47] ips. *Cαβ* recipere ips. *A* [48] non deb. c. i. ab e. *ACα* *om.* *β* [49] obtenta *β* abtenta *A* optenta *Cα* [50] istud *Cα* hoc *Aβ* [51] Armacanus *α* Armocanus *ACβ* [52] volentibus *Cα* volentes A,*β (?)* [53] Moniales *Aαβ* Momales *C* [54] obtenta *β* abtenta *A* optenta *Cα (cp. note 49)* [55] tamen *Cαβ* cum *A* [56] ipsum *ACβ* *om.* *α* [57] ex *ACα* *om.* *β* [58] obtenta *ACβ* optenta *α (cp. nn. 49 and 54)*

nisi secundum omnem suam condicionem essencialem foret laudabilis, ergo sic est.

Consequenciam dicit patere, et assumptum sic arguit: status claustralis est essencialiter perfeccior, securior et meritorior[1] quam status secularis eo, quod ex approbacione sancte matris ecclesie et[2] informacione sanctorum doctorum a tempore incepcionis status claustralis usque modo seculares[3] propter maiorem perfeccionem essencialem et maius meritum acquirendum ad statum claustralem tamquam ad statum supererogacionis essencialiter plus perfectum[4] confluxerunt. Et cum[5] omnis status claustralis sit religio privata, sequitur, ut dicit, assumptum probandum.

Hic dicitur negando, quod religio privata est essencialiter perfeccior, meritorior et securior quam status secularis, et ad probacionem cum[6] sic arguitur[7]: status claustralis est essencialiter perfeccior, meritorior et securior quam status secularis, dicitur eciam hoc negando nec probat[8] hoc proposicio ipsa, que pro[9] eius probacione assumitur, et racio est,[10] quia duo sunt status seculares, unus imperfectorum et alius perfectorum.[11] Unde licet seculares, qui sunt in primo statu laudabiliter, confluunt ad statum claustralem perfectorum tamquam ad statum supererogacionis essencialiter plus perfectum, non tamen ex hoc sequitur, quod seculares, qui sunt in secundo statu perfectorum, scilicet[12] laudabiliter confluunt ad statum claustralem perfectorum tamquam[13] ad statum supererogacionis essencialiter plus perfectum, quamvis quandoque[14] laudabiliter confluunt ad ipsum tamquam ad statum supererogacionis plus accidentaliter perfectum,[15] sicut e contra quandoque laudabiliter

---

CAP. VIII. [1] s. et m. *Cα* m. et s. *Aβ* [2] et *Cαβ* *om. A* [3] sec. *in β a corr. word* [4] ess. pl. pe. *C* pl. ess. p. *α* pl. per. ess. plus perfectum *A* pl. pe. ess. *β* [5] cum *ACα* tamen *β, but cr. out by β³ and above it* cum *β³* [6] cum *Cα* eius cum *Aβ* [7] arguitur *Cα* arguit *Aβ* *in C is add. in mar.:* Responsio *C¹* [8] eciam hoc neg. nec prob. *Cα* ec. quod neg. hoc prob. *A* eciam quod (quod *corr. into the text by β²*) hoc negando non (non *cr. out by β²*) probat *β* [9] pro *α* in *β* *om. AC* [10] est *Cα* *om. Aβ* [11] *in β in mar.:* Seculares status sunt duo *β³* [12] scilicet *C* *om. Aαβ* [13] laudab. confl. ad st. c. p. tamquam *ACβ* tamquam *α* (*therefore* laud. *etc.* — perf. *om.*) [14] quandoque *Cαβ* *om. A* [15] pl. acc. perf. *Cα* (*cp. note 4*) acc. pl. pe. *A* accidentaliter (*ud.*) pl. p. *β*

confluunt claustrales ad statum secularem perfectorum tamquam ad statum supererogacionis accidentaliter plus perfectum, que per accidens perfeccio quandoque contingit racione honestioris societatis vel prelati melius regentis aut alterius consimilis causa.

Ex quo patet, quod cristianus observans perfeccionem ewangelii extra claustrum corporale non dicitur secularis, quia vivit essencialiter imperfeccius[16] cristiano observante perfeccionem ewangelii in claustro, sed huiusmodi cristianus[17] dicitur secularis, quia exclaustraliter, ad quem sensum fuerunt Cristus et sui apostoli cum aliis perfecte eos imitantibus[18] seculares. Nec contrariatur huic sentencie dictum Augustini[a] positum in Canone 12, qu. 1, cap.: 'Certe',[b] in quo vocat clericos seculares claudos, quia in ipso dicto non vocat eos claudos, quia sunt in statu essencialiter imperfecciori,[19] quam est status claustralium, sed quia in diebus suis ut communiter non excellenter perfecte observabant[20] perfeccionem ewangelii.

Secundo patet, quod nullus ingressus || in statum claustralem *C fol. 190b* perfectorum preponi debet in perfeccione essenciali cuicunque alteri satisfaccioni, cum non debet sic preponi satisfaccioni facte pro ingressu[21] in statum secularem perfectorum.

Tercio patet, quod status secularis perfectorum eque vel excellencius habet hanc prerogativam, ut secundum baptisma nuncupetur, sicut ipsam habet status claustralis perfectorum.

CAP. VIII. [a] *August. in serm. II de communi Vita Clericorum. (Opp., tom. V, Serm. CCCLVI p. 1384)* [b] *Corp. iur. can. Decret. p. II C. XII qu. 1 cap. XVIII p. 683: Clericatus non tollitur eis, qui volunt habere aliquid proprium. — Certe ego sum, qui statueram, nullum ordinare clericum, nisi qui mecum vellet manere, ut si vellet a proposito discedere, recte illi tollerem clericatum. Ecce in conspectu Dei et vestro muto consilium. Qui volunt aliquid habere proprium, quibus non sufficit Deus et ecclesia eius, maneant, ubi volunt et ubi possunt, non eis aufero clericatum, nolo habere ypocritas. Malum esse quis nesciat? Malum est cadere a proposito, sed peius est simulare propositum.*

---

[16] imperfeccius *ACα* inperfeccius *β*, *but in cr. out, above it again* im *β*[3] [17] crist. *Cαβ* secl. *(sd.)* crist. *A* [18] imitantibus *Cα* sequentes *Aβ* [19] imperf. *ACβ* perfecciori *α* [20] observabant *Cαβ* abservabant *A*, *cp. cap. VII nn. 49, 54 and 58* [21] pro ingressu *ACα* per ingressum *β*

Quarto patet, quod secularis servans ex voto facto suo episcopo seu[22] ex voto facto pure deo perfeccionem ewangelii, consistentem in paupertate, castitate et obediencia potest esse ut huiusmodi, ita perfectus religiosus, sicut est vel umquam fuit aliquis[23, c] claustralis vel perfeccior, teste beato[24] Augustino in epistola ad Cives Hipponenses, ubi sic scribit: deum, inquit, contestor, quod, ex quo deo servire inceperam, vix inveni meliorem aliquem[25] quam in claustro, sed absque dubio inveni[26] peiorem.

Quinto patet, quod sicut est religio privata claustralis perfectorum, sic est vel potest esse religio privata[27] secularis sive exclaustralis perfectorum. Et a pari est vel potest esse religio privata, tam[28] claustralis, quam exclaustralis imperfectorum.

Sexto patet, quod sicut sancti, qui instituerunt vel servaverunt religiones privatas, penituerunt perfecte ante mortem suam corporalem de omnibus peccatis suis magnis vel parvis, que umquam commiserunt,[29] sic in illa penitencia et in tempore ipsius penitencie deseruerunt religiones suas privatas secundum racionem illam, qua sunt posite extra mensuram illam, qua facilitant ad observanciam communis perfeccionis ewangelice.

Septimo patet, quod in religione pure ewangelica est communis religio perfectorum, que est[30] religio pure ewangelica, observans ut huiusmodi communia mandata dei et consilia eius perfectis consulta, cuiusmodi est consilium de virginitate cum sibi similibus. — In eadem est eciam[31] communis religio imperfectorum, que est religio pure ewangelica, observans ut huiusmodi communia mandata dei et consilia eius imperfectis consulta,[32] cuiusmodi est consilium de matrimonio cum[33] sibi similibus.[34] — Tercio in eadem est communissima religio cristianorum observans ut[35] huiusmodi

---

[c] *cp. Augustini Opp. (edit. of the Bened.), tom. II Ep. LXXVIII 186*

---

[22] seu *Cα* vel *Aβ* [23] aliquis *ACα* aliqualis *β* [24] beato *ACβ* *om. α* [25] aliquem *ACα* aliquam *β* [26] inv. *AC* non inv. *αβ* [27] pr. *ACβ* *om. α* [28] tam *Cαβ* tamquam *A* [29] comiserunt *ACβ* comiserant *α* [30] est *ACα* *om. β, but add. later into the text by β²* [31] est ec. *Cα* ec. est *Aβ* [32] consulta *αβ* inconsulta *AC* [33] cum *αβ* et *AC* [34] similibus *ACα* consimilibus *β* [35] ut *Cαβ* *om. A*

communia mandata dei,[36] ad que servanda omnes homines obligantur. — Et quarto in eadem sunt quotquot religiones particulares tam perfectorum quam imperfectorum observantes ut huiusmodi ultra mandata dei et eius communia consilia particularia consilia eius, cuiusmodi sunt[37] consilium de surgendo media nocte ad laudandum deum cum sibi similibus quasi infinitis, per que videre potest fidelis cristianus, quod, licet religio particularis pure ewangelica et religio privata conveniant in multis ritibus, quoad[38] eorum substancias, tamen cum hoc[39] discrepant in eisdem, quoad mensuras, in quibus statuuntur, ut claret ex primis dictis. Unde propter istam discrepanciam dicunt quidam vere, quod religio privata ex hoc dicitur privata,[40] quod secundum aliquam eius racionem privatur laudabili fundamento in scriptura sacra. De qua scriptura II de Doctrina Cristiana sic commendabiliter loquitur beatus Augustinus[d]: quidquid, inquit, homo extra divinarum scripturarum scienciam didicerit, si noxium est illi,[41] dampnatur, ‖ si utile est illi, invenitur, et cum ‖ *C fol. 191a* ibi quisque invenerit omnia, que alibi utiliter didicit,[42] multo habundancius inveniet ea, que nusquam omnino alibi, sed in[43] illarum scripturarum tantum[44] mirabili altitudine et mirabili humilitate discuntur.

Ex quibus omnibus[45] supradictis patet, quod, sicut non[46] quicunque approbatas vitas[47] Petri et Pauli reprobat,[48] ipsos et eorum vitam atque doctrinam dampnabiliter[49] blasphemat eo, quod deus et omnes[50] in celo beati reprobant[51] eorum approbatas vitas non

---

[d] *cp. August. Opp. tom. III, De Doctr. christ. lib. II cap. XLII p. 44, C: .... si divinarum scripturarum scientiae comparetur. Nam quidquid homo extra illam didicerit, si noxium est, ibi damnatur, si utile, ibi invenietur. Et cum ibi quisque invenerit omnia, quae utiliter alibi didicit, multo abundancius ibi inveniet ea, quae nusquam omnino alibi discuntur*

---

[36] c. m. d. *Cα* m. d. c. *Aβ* [37] sunt *Cα* est *Aβ* [38] quoad *ACα* quot ad *β*, *but corr. into* quoad [39] hoc *Cαβ* hac *A* [40] *in β is add. in mar.:* Religio privata cur dicitur privata *β²* [41] illi *ACα* ibi *β²*, *corr. from* illi *which stood first* [42] didicit *ACβ* didicerit *α* [43] in *Cα* *om. Aβ* [44] scr. ta. *Cα* ta. scr. *Aβ* [45] omnibus *ACβ* omnia *α* [46] non *ACβ* *om. α* [47] vitas *ACβ* *om. α* [48] *in A is add. in mar.:* Reprobat *A²* [49] damp. *Cαβ* laudabiliter *(cr. out)* dampn. *A* [50] omnes *αβ*, *(a corr. word)* omnis *AC* [51] reprobant *Cαβ* reprobat *A*

secundum racionem, qua sunt laudabiles, sed secundum racionem, qua sunt culpabiles —, sic non, quicunque aliquas religiones privatas approbatas vel eorum institutores ex hoc opere[52] reprobat, sanctos dei et eorum vitam atque doctrinam dampnabiliter blasphemat, cum deus et omnes[53] in celo beati reprobant ipsas religiones et earum institutores,[54] non secundum racionem, qua[55] sunt laudabiles, sed secundum racionem, qua[55] sunt culpabiles.

Et patet in parte declaracio istius materie cum responsione fideli ad argumenta reverendi monachi etc.[56]

[61] exercitus *ABCDG* exercitatus (ta *ud.) E* [62] vel *ABE* ut *CD* et *G* [63] populos *ACDEG* scilicet populos *B* [64] muniendum *ABCDG* imminendum *E* [65] i. gr. e. *CDG* e. i. gr. *ABE* [66] est *ABCEG* eum *D* [67] datis *ABCDE* dato *G* [68] fingentem *ABCDE* fingere tam *G* [69] frivolam *ACDEG* frivolem *B* [70] debet *ACDEG,B¹ in mar. om. B* [71] horrenda *BCDEG* horrendo *A* [72] peccata *CDG* peccata, *above it* crimina *A* crimina *BE* [73] antiquo *ABCDG* antiquato *E* [74] em. *ABCEG* em. etc. *D*

CAP. VII. [1] 7 *ACDE* sextum *B om. G* [2] gr. in. *CDG* in. gr. *ABE in C is add. in mar.:* Obicitur [3] attemptando *CDG* acceptando *ABE* [4] ut *BCDEG om. A*

capitis ecclesie. Ex quo convincitur, tum quod habet a Cristo potestatem innumerabilem ad suos milites premiandum, tum eciam quod debet[5] ex caritate, quam debet habere ad Cristi ecclesiam, cuius est caput, in causa ista operari viriliter,[6] ne fideles subditi sint heretici.[7]

Hic sepe dictum est, quod nec potestas cardinalium nec alicuius hominis citra deum se extenderit[8] ad eligendum vel constituendum quemquam[9] in caput[10] vel membrum ‖ Cristi ecclesie. Cum ergo ‖ *C fol. 139b* Cristi apostoli non audebant Matthiam eligere in Cristi apostolum, sed mittendo sortem eleccionem commiserant domino Iesu Cristo, ut patet Act. 1[b], quis est ille, qui ex eleccione talium cardinalium et ex vita sua tam debili audet tantum ecclesiam perturbare? Patet quidem ex fide, quod Cristi vita fuit longe melior, quam est sua, et cum Cristus summe sapiens prohibuit Petrum volentem pugnare[11] pro defensione[12] vite tam bone, quomodo ergo sequitur vicarius talis Cristum, qui non pro defensione vite, sed pro papatu cesareo excitat tot homines ad pugnandum?

Indubie vel oportet concedere Cristum imprudenter fecisse in isto,[13] vel quod ista papalis[14] dignitas est melior vita Cristi, vel aliter, quod papa iste vadit contrarie ad Cristum, vel Cristum ut sathanas antecedit. Nec valet hic[15] hereticorum sompniata garricio, quod Petrus ideo fuit a domino[16] reprobatus, quia nitebatur redempcionem humani generis impedire, et illam fuit necessarium adimpleri.[17] Cristus enim est[18] omnipotens, et si[19] voluit vitam

---

CAP. VII. [a] *Cp. Suppl. Trial. 450, where the same theme is treated of* [b] *v. 26*

---

[5] debet *ABCDG* habet *(ud.)* debet *E* [6] viriliter *ACDEG* *om. B* [7] heretici *ABCD,E*[2] *in mar.* fraudati *E* hereticis *G* [8] extenderit *CD* extendit *ABEG* [9] quemquam *BDEG* quidquam *(?) AC* [10] *in D is add. below the col.:* Ad eligendum vel constituendum quemquam in caput nec est potestas cardinalium *D*[1] [11] *in AE is add. in mar.:* Bellum *A*[1]*E*[2] [12] defensione *ACDEG* defessiona *B* [13] isto *ACDEG* ista *B* [14] ista papalis *etc. ACDEG* ista ut sathanas *etc., but with mark of ref. above the col.:* papalis d. e. m. v. C., v. a., q. p. i. v. contrarie aut quod Cristum *B*[1] [15] hic *ABCDE* hec *G* [16] ideo f. a. d. *ABCDG* ideo a. d. f. *E* [17] adimpleri *BCDEG* adimplere *A* [18] est *ACDEG* *om. B* [19] si *ABDEG,C, but corr. by C*[3] *into* sic

suam defendi et non pati iniurias ad posteris exemplandum, faciliter[20] potuit ordinare media pro adversariis substernendis.[21] Necessitas autem futurorum[22] dei voluntatem eternam implencium est impertinens[23] merito vel[24] demerito, cum cruciantes Cristum non ex necessitate illa laudantur nec a crimine excusantur;[25] quia omnia, que evenient,[26] sit necessarium evenire,[27] omne opus humanum foret laudandum ut meritorium vel ut demeritorium increpandum. Cristus enim[28] ordinans suam pacienciam pro exemplo noluit vicarium suum pro defensione papatus occidere fratres suos, specialiter cum melius regeretur ecclesia et legi Cristi conformius sine tali cesarea dignitate.

Similiter cum[29] Cristus in ostendendo suum universale dominium asinavit[30] in statu tam pauperi, ut patet Matth. 21[c] super pannos apostolorum sine sella[31] vel streparum splendencia,[32] noluit[33] in statu pape vel cardinalium ipsum sequencium tantam[34] pompam in equis et[35] sellis[36] cum aliis apparatibus equestribus suis vicariis[37] derelinqui; et tamen ostendendo suum universale dominium dicit ibidem[38]: si quis vobis aliquid dixerit, dicite,[39] quia dominus hiis opus habet, et confestim dimittet eas,[40] ubi patet, quod moderna equitatura[41] sacerdotum confunditur, cum non sit a racione vel Cristo[42] divinite[43] exemplata.

Similiter Cristus ex summe sagaci prudencia[44] mittit discipulos

---

[c] *v.* 7

---

[20] faciliter *BCDG* finaliter *AE* [21] substernendis *BCDE* substernendum *AG* [22] futurorum *ABCDG* furtorum *E* [23] impertinens *BCDEG* pertinens *A* [24] vel *ABCDG* sive *E* [25] excusantur *ABCDG*,E^3 *corr. into the text* recusantur *E* [26] evenient *ABCDE* eveniunt *G* [27] *in D is add. in mar.*: Necessario eveniunt D^1 [28] enim *ABCDG*,E^3 *in mar.* ergo *E* [29] cum *ABCDE* *om. G* [30] asinavit *E*,C^2 *(?) in mar.* asinavit, *above it* id est asinam sedit *A* asignavit *BCDG* [31] sella *ABCDG*,E^3 *in mar.* celle *(ud.) E* [32] splendencia *ABCDG*,E^3 *in mar.* pendencia *E* [33] noluit *ABCEG* voluit *D* [34] tantam *ABCDE* tam *G* [35] et *ABCEG* vel *D* [36] sellis *ACDG* collis *B* cellis *E* [37] vicariis *ACDEG* vacariis *B* [38] dicit ibidem *ABCDG*,E^3 *in mar.* *om. E* [39] dicite *ABCDG* tunc dicite *E* [40] eas *ABCE* eos *DG* [41] equitatura *ABC* equitacio *DG* equitura *E, but corr. into* equitatura *by* E^3 [42] Cristo *ABCDE* a Cristo *G* [43] divinite *(?) B* deite *A, but in mar. by* A^3 *(?)* duce divite *CDG* debite *E* [44] sag. pr. *ABCDG* pr. sa. *E*

suos sicut agnos inter lupos, ut patet Luc. 10.[d] Non ergo est exemplatum a[45] Cristo, ut vicarius indignior apostolis sit cum tot armatorum apparatibus defensatus.[46]

Similiter Cristus[47] in Paulo loquitur dando in Timotheo episcopis regulam ad vivendum; patet[48] I[49] Timo.:[50e] oportet, inquit, episcopum non esse percussorem, et per consequens papa non debet esse auctor mortis totidem animarum.

Similiter ut[51] patet ex caritativa Cristi paciencia, oravit pro inimicis, quando fuit iniustissime persecutus. Nam Luc. 23[52f] scribitur: pater ignosce illis hoc peccatum, quia nesciunt, quid faciunt. — Numquid credimus, quod ista papalis persecucio sit ab ista oracione Cristi humillima exemplata?

Similiter Cristus animando suos apostolos, quod non timerent mortem persequencium, docuit ipsos pacem populo generaliter imprecari, ut patet Matth. ||[53] 10[g], Luc. 9[h] et 10[54i]. Numquid credimus, quod iste bulle papales[k] de privilegiis et fictis suffragiis in sua causa occidencium[55] sonant in pacem populo impetrandam?[56] || *C fol. 140a*

Similiter Cristus tamquam ovis ad occisionem ductus est et ad horam mortis secundum formam, quam apostolis predicaverat,[57] gratis venit,[58] ut patet Act. 8[l], Ies. 53[m]. — Numquid credimus, quod in hoc ista crucis excogitata[59] ereccio fuit in hac vita Cristi mandatorie exemplata? Et certum est, si[60] non in istis septem, non alicubi potest ista crucis ereccio exemplari, sed in istis, sicut in

---

[d] *v. 3* [e] *v. 3* [f] *v. 34* [g] *v. 12—13* [h] *v. 3 (the quotation is not accurate)* [i] *v. 5—6* [k] *cp. them in Walsingham, H. A. II, 71 ff.* [l] *v. 32* [m] *v. 7*

---

[45] a *ABCEG* in *D* [46] *in AE is add. in mar.:* Pugna pape *A*[3]*E*[2] [47] Cristus *ABCEG* Cristo *D* [48] vivendum patet *ACDG* vivendum populum *B* vivendum *E, but* populum *in mar. add. by E*[3] [49] prima *E* *om. ABCDG* [50] 3o *ABCDG* et *E* [51] ut *ACDEG* sicut *B* [52] 23o *ABDE* 22o *CG* [53] *there stood a gloss in red ink in C below col. 139*[b]*, which has been rendered illegible by some strokes in deep black ink* [54] luc. 9 et 10 *ABCDG,E*[3] *in mar. om. E* [55] occidencium *ABDE,C*[2] *corr. from* accid. accidencium *CG* [56] pacem p. impetrandam *ABCDE* pace p. impetranda *G* [57] pred. *CDG* suis pred. *ABE* [58] venit *BCDG* vehit *(?) AE* [59] excogitata *ACDG* excogita *AE* [60] si *C* quod si *ABDEG*

gestis Cristi communiter tamquam anticristi facinus condempnari. Apostoli quidem et martires acceperunt exemplum a Cristo contrarie[61] paciendi,[62] et certum videtur, quod ipsi in sua paciencia voluntatem domini sanius[63] conceperunt.

Ex quibus oportet concedere, quod talis papa sicut et sui satellites gradiuntur[64] in isto viam dampnabilem contra Cristum. Oportet ergo fingi novum ewangelium, contrarium ewangelio[65] Iesu[66] Cristi[67] vel ista persecucio est dampnabiles operacio anticristi. Ubi enim Cristus asserit suis apostolis: in paciencia vestra possidebitis animas vestras, ut dicitur Luc. 21,[n] iste prelatus[o] asserit, quod in persecucione hac[68] anticristiva, nedum[69] in corpore, salvabimini, sed volabitis ad beatitudinem sine pena.

Et breviter transcurrendo per omnia dicta et gesta Cristi[70] iste homo peccati est plene[71] contrarius Iesu Cristo, ut Cristus fuit summe humilis et in iniuriis summe paciens, — iste autem est nimis superbus et proprie iniurie vindicativus.[72][p]

Cristus fuit summe pauper et non habens, ubi caput suum reclinet,[73] ut dicitur Matth. 8[q] — iste autem est[74] summe seculariter dives, habens castra ex bonis pauperum fraudulenter raptis constructa.[r]

Cristus eciam[75] fuit humillime et utilissime ministrativus,[76] ut patet Ioh. 13[s] — iste autem dominatissime exigit a quibuscunque aliis· hominibus ministrari.

---

[n] *v. 19* [o] *the pope as such* [p] *as to this, cp. De Christo et s. adv. cap. XI* [q] *v. 20* [r] *as to this, cp. De Christo et s. adv. cap. XI* [s] *v. 5 ff.*

---

[61] contrarie *BCDEG* contrarium *A* [62] *in AE is add. in mar.:* Pati A^1E^2 [63] sanius *ACDE* salius*(?) AG* [64] gradiuntur *ABCDG* graduntur *E* [65] ewangelio *ADEG* ewangelium *CB*[1] *om. B* [66] ew. con. ew. I. *ACDEG* ewangelium Iesu *B*, *but in mar.* contrarium ewangelium *by B*[1] [67] Cristi *ACDEG* Cristo *B* [68] hac *ABCDG* *om. E* [69] ant. ned. *ACEG* ant. Et breviter transcurrendo per omnia dicta et gesta Cristi iste homo *(from* Et *on cr. out & ud.)* nedum *B* antichristiana nedum *D* [70] *in AE is add. in mar.:* Vita Cristi A^1E^2 [71] plene *ACDEG* plenus *(cr. out & ud.)* plene *B* [72] vindicativus *BDEG* vindicatus *AC* [73] reclinet *ABCDE* reclinaret *G* [74] est *ACDEG* *om. B* [75] eciam *ABCDG*, E^3 *in mar.* autem *E* [76] ministrativus *B(?)CDEG* ministratus *A*

Cristus in magno labore et pera peragravit civitates et castella ewangelizando et benefaciendo quibuscunque, quos visitaverat,[77] — iste manet inclusus in proprio castro tamquam pallacio et mittit bullas blasphemas[78] quibuscunque regionibus, que illas voluerint[79] acceptare. Et breviter, non sunt[80] vite aliquorum hominum magis contrarie, quam sunt iste.[81 t]

CAP. VIII.[1]

Sed ulterius ex fide scripture arguit anticristus profundius. Nam in fide Luc. 9[2 a] sic loquitur: dedit eis potestatem super omnia demonia et ut langwores curarent. Numquid credimus, quod ista[3] dei potencia est exhausta, sic, quod non possit in ista militante ecclesia servare potenciam, quam tunc dedit? Nullus ergo est magis[4] hereticus quam ille, qui negat hanc potestatem in ecclesia usque ad[5] diem iudicii perdurantem.

Hic oportet fidelem diligenter attendere, quomodo Cristus numquam dedit suis apostolis specialem[6] potenciam, nisi quam in fructuoso opere ostendebant. Cristus enim non fuit falsus sompniator de ficcione[7] huiusmodi potestatis, sed in perfeccione || operis ad utilitatem ecclesie potestatem, quam dederat, ostendebat.[8] Et propter hoc[9] pro sophisticacione potestatis[10] cum diligencia est notandum, a quo signo potest fidelis convincere[11] huiusmodi potestatem.[12] Non || *C fol. 140'*

[t] *with ref. to the whole preceding passage, cp.* De Christo et adv. *cap. XI and XII, where the matter in question is treated more fully* CAP. VII. [a] *v. 1*

[77] visitaverat *ACDG* visitaverit *B* visitavit *E* [78] blasphemas *ABCDG* fa (*sd.*) blasfemias *E* [79] voluerint *ACDEG* voluerunt *B* [80] sunt *ABCDG*, *E²* *in mar.* sic (*cr. out*) *E* [81] iste *ABEG* iste etc. *CD* *in AE there is add. in mar. an illegible gloss by A¹E²*

CAP. VIII. [1] VIII *CDE* 7 *B* *om. AG* [2] 9 *ABCDE* 8 *G* [3] ista *CDG* nunc ista *ABE* [4] magis *ABCEG* maior *D* [5] ad *ABCDG* in *E* [6] specialem *C* spiritualem *ABDEG* [7] de ficcione *BCD* ad ficcionem *AEG* [8] ostendebat *ACDEG* ostenderat *B* [9] hoc *ACDEG* hec *B* [10] *in AE is add. in mar.*: Potestas *A¹E²* [11] convincere *BCDEG* comittere *A* [12] *in D is add. in mar.*: A quo signo potest fidelis cognoscere potestatem *D¹*

enim est res sensibilis vel demonstrative deducibilis[13] ex principiis fidei, quam[14] scimus. Hoc autem imprimis credimus,[15] quod apostoli habuerunt a Cristo potestatem[16] ad edificacionem ecclesie mirabilia faciendi. Credimus insuper, quod sacerdotes sequentes apostolos possunt ex perversitate sue vite in potestate ista deficere. Nam Matth. 17[17][b] de apostolis legitur in Cristi presencia, quod[18] non potuerunt demonium datum eicere, quod Cristus diffinivit fuisse propter defectum fidei in eisdem.[b] Quare ergo in tanto processu temporis non potuerunt sacerdotes plus peccantes in Cristi absencia in potestate tali deficere, specialiter cum sit[19] manifestum,[20] quod moderni presbiteri[21] longe viciosius Cristi vestigia derelinquunt?[22] — Et credimus tercio, quod non debemus ut fidem accipere, quod iste sacerdos impresenciarum conversans nobiscum, ut papa, cardinalis vel episcopus habeat huiusmodi potestatem. Tunc enim posset prescitus faciliter novos articulos fidei suscitare, et iterum falsificare fidem catholicam quoad illos.

Ideo cum tanta sophisticacio potest esse in illis prelatis, absit fidelem ut[23] in catholicam[24] fidem accipere, quod iste prelatus, eciam papa, a deo[25] habet[26] huiusmodi potestatem. Tunc enim necessitaret cetus cardinalium per eleccionem[27] sepe culpabilem Cristum infundere dyabolo huiusmodi potestatem. Nam secundum apostolum Rom. 13[d]: non est potestas nisi a deo,[28] et sepe potest contingere, quod prelati huiusmodi sint presciti et sic dyaboli incarnati.

Quis ergo ut fidem acciperet, quod talis eleccio cardinalium

[b] *v. 16* [c] *v. 17; 20* [d] *v. 1*

[13] deducibilis *ABCDG* credibilis *E* [14] quam *BCDG* quantum *AE* [15] credimus *BCDEG* scimus *A* [16] *in D is add. in mar.:* Potestatem habuerunt apostoli *D*[1] [17] Matth. 17 *AE, but in mar. by E*[3] Marc. Mar. 17 *B* Mar. 7 *DG* Matth. 7 *C* [18] quod *ABCDG* quando *E* [19] sit *ABCEG* sic *D* [20] manifestum *ABEG* nimium *(? minimum) CD* [21] presbiteri *ACDEG* sacerdotes *B* [22] derelinquunt *BCDEG* dereliquit *A* [23] ut *C* *om. ABDEG* [24] catholicam *ACDEG* catholico *B* [25] a deo *ABCG* a domino *E* *om. D* [26] habet *ACE* habeat *BDG* [27] *in AE is add. in mar.:* Eleccio pape *A*[1]*E*[2] [28] deo *ABCDG* domino *E* *in D is add. in mar.:* Non est potestas nisi a deo *D*[1]

necessitaret Cristum ad potestatem vel graciam pape irregulariter[29] infundendum.[30] Nam in cronicis apocrifis narratur communiter, quod in sexu pape[31] cetus cardinalium est seductus, sic, quod papam Annam[32] impregnatam elegerant.[e] Sed quomodocunque sit de hoc, certum est ex fide, quod totus cetus cardinalium potest communiter ad tantum seduci, quod eligat in papam unum dyabolum, odientem Cristi vestigia et ecclesiam plurimum perturbantem. Sic enim fuit de Scarioth electo[33] per Cristum in[34] tam[35] sancto consorcio educato[36] et per regulam tam infallibilem informato. Ideo absit fidelem credere tamquam fidem, quod quicunque papa, cardinalis sive episcopus habeat a Cristo datam[37] huiusmodi potestatem, sed ex operibus et sanctitate vite[38] sequendo Cristi vestigia possunt fideles capere supposicionem probabilem, quod papa habeat tantum de potestate[39] hac spirituali, quantum est necessarium ad con || tinuacionem ecclesie sancte dei. || *O fol. 141a*

Nam tamquam fidem credimus, quod ecclesia Cristi manebit usque ad diem iudicii[40] peregrinans. Nam Luc. 21[41f] dicit Cristus: amen dico vobis, non preteribit generacio ista, donec omnia fiant. Et ex isto eliciunt fideles ulterius, quod non oportet, quod[42] in collegio pape et cardinalium[43] stet[44] ecclesia sancta dei,[45] cum stat

[e] *According to a legend current in the Middle Ages, she was elected Pope between Leo IV. († 855) and Benedict III. († 858) and took the name of Johannes VIII. (or Anglicus); the earliest source affirming the legend is the Liber pontificalis of the Roman librarian Anastasius. See Döllinger, die Papstfabeln des MA.; N. Ch. Kist in the Hist.-theol. Zeitschrift 1844, 2. Part; also Hase, K. G.[10] p. 210* [f] *v. 32*

[29] irregulariter *CDG* regulariter *ABE* [30] infundendum *ABCDE* adfundendum *G, but* in *corr. above* ad [31] sexu pape *ABCEG* sex papis *D* [32] *in AE is add. in mar:* Anna papa mulier *A¹E²* *in D in mar.:* Anna papam elegerant impregnatam *D¹* [33] electo *D,C, corr. by C³* electum *AG* eleccio *BE* [34] *from* in tam — multas patrias qui plus *the ink in B is run, the writing consequently in part illegible* [35] tam *ACDEG* tantum *B* [36] educato *ABEG,C corr. from* educatum educatum *D* [37] datam *ACDEG om. B, but add. in mar. by B¹* [38] vite *ABCEG om. D* [39] *in AE is add. in mar.:* Potestatem quis habet *A¹E²* [40] *in D is add. in mar.:* Ecclesia Cristi manebit ad diem iudicii *D¹* [41] 21 o *ABCDE* 22 *G* [42] quod *ABCDG,E³ in mar. om. E* [43] et cardinalium *ACDEG* vel et carnalium (car. *cr. out & ud.)* cardinalium *B* [44] stet *CE* stat *ABEG* [45] *in AE is add. in mar.:* Ecclesia *A¹E²*

omnes illos esse prescitos; sed potest esse, quod in pauperibus fidelibus[46] dispersis[47] per multas patrias, qui plus secuntur Cristum in moribus quam dicti satrape, stet militans ecclesia Iesu Cristi. Unde signum infidelitatis heretici est, quod pompet, se esse cardinalem[48] vel prelatum ecclesie sancte dei.[49] Nam si non est predestinatus, non est membrum ecclesie[50] sancte dei, sed ignorat, si est predestinatus. Ideo[51] ignorat, si est aliquod membrum huius ecclesie.

Que ergo dyabolica pompacio moveret papam ad asserendum ut fidem, quod sit caput beatissimum ecclesie militantis? Et ex isto colligunt[52] fideles ulterius, quod non in adinvencionibus huius curie nec in sacramentis[53] per hos satrapas[f] adinventis, sed in fide formata domini Iesu Cristi vivit ecclesia usque ad diem iudicii peregrinans. Ideo apostolus[54] signa ista adulterina[55] despiciens ad Gal. 2[g] sic loquitur: quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo filii dei. Unde divisio paparum enucleat[56] in ista parte[57] sentenciam, cum uterque dicat, quod reliquus cum omnibus sibi adherentibus non vere ministrat aliqua sacramenta, et tamen[58] certum est, quod in contratis[59] ambarum parcium possunt esse predestinati viventes sancte in fide domini Iesu Cristi. Absit autem fideles credere, quod in sanctitate vite unius istorum vel alterius pendeat tota

[f] *a name very frequently employed by W. to designate the pope and his followers, the prelates, cp.* Of the Leaven of Pharisees, *ed. Matthew, E. W. h. u., p. 7; also cod. Ashburnham fol. 103[b] and in many places above* [g] *v.* 20

[46] fidelibus *ACDEG* *om. B* [47] dispersis *ACDEG* inspersis *B* [48] *in D is add. with mark of ref. above the col.:* Signum infidelitatis heretici est quod pompet se esse cardinalem *D[1]* [49] prel. e. s. d. *ACDEG* prelatum sancte ecclesie matris [ma. *cr. out & ud., above it* dei *by B[1] (?)*] *B* [50] ecclesie *BCDEG* id est *(cr. out)* eccl. *A* [51] ideo *ABCEG* ymmo *D* [52] colligunt *ABCEG* colligerent *D* [53] nec in sacr. *ABCEG* vel in sacramentis *(cr. out) D, but in mar.* nec [54] apostolus *ACDEG* *om. B, but in mar. by B[1]* [55] adulterina *BCDG,E[3] in mar.* ad ultima *A* ad ultimam *(ud.) E* [56] enucleat *BC* enucliat *ADEG* [57] ista parte *CDG* parte istam *ABE* *in D is add. below the col.:* Divisio paparum *D[1]* [58] tamen *ABCE* cum *G* *om. D* [59] quod in contratis *A[4]* quod regnis *BDG,A, above it* in *by A[1]* quod in contratis regnis *E* quod in regnis *C, there was left at first a blank space, into which* in regnis *was inserted afterwards by C[3]; the scribe could not, I suppore, read* in contratis

predestinacio Cristi eterna et salus tocius ecclesie militantis, cum probabiliter creditur, quod utroque istorum subtracto de medio vel dampnato staret ecclesia Cristi quiecius, quam stat modo, cum multi supponunt probabiliter ex vitis eorum, quod nichil illis et ecclesie sancte dei.[i]

Sillogizat autem fidelis in ista materia convincendo verba sophistica huiusmodi[60] potestatis ex hoc, quod fide credimus, nullum[61] prelatum hic habere potestatem nisi a domino Iesu Cristi.[62] Credimus insuper, quod Cristus[63] non dat potestatem homini nisi racionabiliter ad edificacionem ecclesie, dicente apostolo II Cor. 12:[64][k] omnia enim, fratres carissimi,[65] propter edificacionem vestram. Nam Cristus non habebat nisi secundum illam mensuram humanitus potestatem, scilicet propter edificacionem ecclesie sue.

Et ex isto convincunt[66] fideles ulterius, quod multe potestates ficte hodie de indulgenciis[67] et absolucionibus a pena et culpa[68] in causa, que non sonat in edificacionem ecclesie, sunt sophistice atque false.

Ideo nec Cristus nec sui apostoli nec aliqui fideles Cristi discipuli invenerunt hos || terminos vel hunc modum seducendi fideles || *C fol. 141b* ecclesie,[69] antequam dyabolus est solutus.

Et ex eadem radice supponunt fideles, quod in confeccione eucharistie[70] non destruitur funditus terrena substancia, et quod congeries accidencium per se manet. Si enim presbiteri regulariter habent istam inestimabilem potestatem, habent ipsam a deo ad edificacionem ecclesie. Sed que utilitas, quod panis usque ad fundamentum in eo destruatur et sensus omnium illud sacramentum per-

---

[i] *cp. the same idea below in De Christo et s. adv. cap. IX*
[k] *v. 19*

---

[60] huiusmodi *BCD* huius *AEG* [61] nullum *ABCDG* quod nullum *E* [62] *in A is add. in mar.:* Potestas solum a deo A^1, *the same note in E below the col. by* E^2 *in D is add. above the col.:* Fide credimus nullum prelatum habere hic potestatem nisi a domino Iesu Cristo D^1 [63] Cristus *ABCE* deus *DG* [64] 12° *ACDEG* 13 *B* [65] carissimi *ABDE*,C^8 *inserted into the blank space* bonum *G* [66] convincunt *ACDEG* convincant *B* [67] *in AE is add. in mar.:* Indulgencie A^1E^2 [68] culpa *ACDEG* a culpa *B* [69] ecclesie *BCDG*,E^3 *in mar.* *om. AE* [70] *in AE is add. in mar.:* Sacramentum A^1E^2

cipiencium per se[71] illudantur? Cum autem in hoc sacramento unio Cristi cum sua ecclesia figuratur, tales sophiste[72] dyaboli, nitentes destruere substanciam huius venerabilis sacramenti,[73] prenosticant in multis carenciam huius venerabilis unionis.

CAP. IX.[1]

Sed adhuc infideles regarriunt,[2] quod iuxta hanc viam destrueretur sacramentum penitencie et falsificaretur nobilissimum dictum Cristi Matth. 16[3][a]: quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum et in celis[4] et quodcunque solveris super terram, erit solutum et in celis. Si ergo deesset prelatus, qui posset peccata commissa destruere, quomodo staret ecclesia cum tanta gravedine criminis aggregata?[5]

Hic dictum est sepius,[b] quod sacramentum penitencie fuit semper necessarium, licet auricularis modificacio iam adiecta processit[6] ex avaricia anticristi. Sicut[7] enim Levit. 16[c] confessus fuit[8] populus peccata sua in lege veteri, sic eciam in tempore Cristi confessus fuit valde meritorie publicanus Luc. 18,[d] cum veritas scrutans corda de ipso testificetur,[9] ibidem: descendit hic iustificatus in domum suam a phariseo.[10] Et sic in lege gracie confessi sunt valde meritorie peccata sua multi erga alterutrum, ut patet Jac. 5.[e] Et sic Magdalena, Petrus, Paulus et ceteri confessi sunt meritorie omnino[11] deo et cristianis aliis peccata, que contra deum[12] et ecclesiam suam commiserant. Tempore autem Innocencii tercii,

CAP. IX. [a] *v. 19* [b] *cp. the Tract De Poenitentia, cod. Bibl. Gersd. Bautzen MSt. 8. v. 7 fol. 13*[b] *ff.; cp. Arnold, S. E. W. II, 87 Trial. 327* [c] *v. 15* [d] *v. 14* [e] *v. 16*

[71] per se *CDG* *om. ABE* [72] sophiste *ABCDG* sophistice *E, but altered by E*[2] *into* sophiste [73] sacramenti *ACDEG, B*[1] *in mar.* *om. B*

CAP. IX. [1] 9um *CDE, also C*[2] *in mar.* 8 *B* *om. AG* [2] regarriunt *ABCDG* redarguunt *E* *in A is add. in mar.:* Nota obieccionem *A*[1] [3] 16o *ABCEG* 18o *D* [4] *in AE is add. in mar.:* Absolucio *A*[1]*E*[2] [5] aggregata *CD* congregata *ABEG* [6] processit *CDG* processerit *ABE* [7] sicut *C* sic *ABDEG* [8] *in AE is add. in mar.:* Confessio *A*[1]*E*[2] [9] testificetur *ABCE* testificatur *DG* [10] *in D is add. in mar.:* De Confessione *D*[1] [11] omnino *ABCE* omnia *DG* [12] deum *ABCE* dominum *DG*

circa quod tempus sathanas est solutus et fratres intraverant,[f] modificata fuit confessio ab illo Innocencio,[g] quod foret auricularis et abscondita, facta solidarie proprio sacerdoti, ut patet in lege super hoc edita, 'de Penitenciis et Remissionibus' capitulo 'Omnis[13] utriusque sexus'[h]; et tales circumstancie genuflexionis, solitudinis, auricularis taciturnitatis cum limitacione sacerdotis, quem papa voluerit, et forma imposicionis manus in capite cum multis similibus non sunt necessaria generaliter ad salutem, cum cordis contricio[14] sine[15] confessione huiusmodi sepe delet peccatum, || ut di- || O fol. 142a citur Psal. 31[16][i]: dixi: confitebor adversum me iniusticiam meam domino, et tu remisisti impietatem peccati mei. Et verisimile est, quod satrape[k] propter enucleacionem[17] illius[18] sentencie nullis[19] hominibus offendentur, cum glosator ordinarius Iohannes de Deo[l] in studiis communibus leges papales detegens dicat istam sentenciam exquisite. Si autem hec glosa[20] foret falsa, ponens offensam fidei cristiane, olim fuisset destructa, sicut probabiliter ponitur[21] ex cura, quam papa poneret[22] in hac parte.

Et sic[23] dictum est, quod confessio, eciam dicta consuetudo noviter introducta, est necessaria cristianis, et de quanto mentes adiuvat, eciam hodie usitanda. Sed absit fidelem credere, quod deus sic pepigit cum hiis signis sensibilibus, quod non remittat peccatum vel det graciam, nisi hec signa sacerdoti, quem papa limitaverit, sint ostensa. Potest autem fieri persecucio in cristianos, qui ista omiserint,[24] sed longe sint iste[25] illibertates[26] perfidie[27] ab animo[28]

[f] *with ref. to this, cp. Suppl. Trial. 409* [g] *with ref. to this, cp. Trial. 327* [h] *cp. Corp. iur. can. ed. Richter-Fr., Leipz. 1879, Decr. li. V. tit. XXXVIII. cap. 12, II, 887* [i] *Ps. 32, 5* [k] *cp. above cap. VIII note f* [l] *Johannes de Deo, of Lusitania, a doctor of the canonical law well known in the 12th century*

[13] omnis *CDEG* omnes *(?) AB* [14] contricio *CDE,B corr. from* contricione contricione *AG* [15] sine *ACDEG* sepe *B (B¹ has inserted* sine *into the text),* sine *E, in mar. is* sepe *add. by E³* [16] 31° *ACE om. BDG* [17] enucleacionem *CD* enucliacionem *ABEG* [18] illius *ABCEG* eius *D* [19] nullis *ABCDE* ullis *G* [20] glosa *BCG* gloria *ADE* [21] ponitur *CDG* creditur *ABE* [22] poneret *ACDEG* ponet *B* [23] et sic *ABCEG* eciam *D* [24] omiserint *ABCEG* obmiserint *D* [25] iste *BCDEG* ista *A* [26] illibertates *ABCDE* illibertantes *G* [27] perfidie *CDG* perfidi *AE om. B* [28] ab animo *ABCDE* abero *G*

cristiano. Constat quidem, quod multi fideles illibertantur et decipiuntur in fide ac extenuantur[29] de pecunia per avaros presbiteros in confessione huiusmodi usitata.[m]

Ideo nemo potest ex parte dei legem statuere,[30] quod nemo sit aliter absolutus, cum mille annis tempore legis[31] gracie, antequam ista consuetudo introducta fuerat, profecit ecclesia in virtutibus plus[32] quam modo et volavit ad celum spissius sine observancia huiusmodi[33] legis.

Contra hanc legem diffuse est invectum[34] alibi, sicut et contra restriccionem absolutorie potestatis. Nam Petro dictum est singulariter, ubi supra[n] et apostolis generaliter Matth. 18[o] et Ioh. 20,[p] quod quecunque[35] alligaveritis super terram,[36] erunt ligata[37] et in celis, et quecunque solveritis super terram, erunt soluta et in celis. Iohannes autem post resurreccionem habet verba paululum variata: accipite, inquit,[q] spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt. Nec aliter videtur, quin in sacerdotibus[38] superflueret hec potestas.

Fideles autem in domino dicunt, quod non solum apostolis directa fuerant ista[39] verba, sed veris eorum vicariis, in vita[40] imitantibus dominum Iesum Cristum; et cum omnia verba Cristi usque ad iota vel apicem sint notanda, dicitur communiter, quod illi ligant vel solvunt homines super terram, qui exclusa affeccione terrena ligant vel solvunt eos conformiter capiti ecclesie triumphantis, et virtute huius ligacionis vel[41] absolucionis solvunt vel ligant fide-

---

[m] *in order to exercise a pressure upon those who were about to confess, and to get assistance from them for the Crusade to Flanders, cp. Lechler, J. v. W. I, 705; Walsingh. II, 71 ff.; 56* [n] *Matth. 16, 19* [o] *v. 18* [p] *v. 23* [q] *Joh. 20, 23*

---

[29] extenuantur B^1C^2 *in mar., A in mar. (by the texthand?)* extenuantur et exterminantur *E* exterminantur *ABCDG* [30] leg. stat. *ACDEG,* B^1 *in mar.* *om. B* [31] legis *ACDEG,* B^1 *in mar.* *om. B* [32] plus *ACDEG,* B^1 *in mar.* *om. B* [33] huiusmodi *CD* huius *ABEG* [34] invectum *ABCDE* inventum *G* [35] quod quecunque *ABCEG* quodcunque *D* [36] *in AE is add. in mar.:* Absolucio A^1E^2 [37] ligata *ACDEG* ligatum *B* [38] sacerdotibus *ABCDG* sacerdotibus E^3 *corr. from* -tebus *by E* [39] ista *ABCDE* hec *G* [40] in vita *ACDEG* *om. B* [41] vel *ABCDG* vel so´ (so *ud.*) *E*

liter. Sed oportet ligacionem vel absolucionem Cristi precedere tempore vel natura, et vicarii Cristi habent nudam virtutem, absolucionem domini promulgandi. Magnum ‖ tamen solacium est homini militanti, quod habet sacerdotem cum clave sciencie et potestatis ad taliter certificandum viantes, quod sunt apud deum taliter absoluti. C fol. 142b

Et patet, quod multi, usque ad summum pontificem inclusive, deficiunt ab absolucione hominum super terram, cum gracia terreni commodi, affeccionis vel amoris mundani pretendunt, se ficte multos[42] absolvere, de quibus non est fides catholica, quod caput ecclesie sic absolvit, et illi non super terram,[43] sed in locis subterraneis vel angulis absconditis seducunt homines, quos cum signis adulterinis frequenter sophistice assecurant. In cuius signum[44] omnes confessores huiusmodi ignorant contricionem vel peccatum confessi; si confessus plenarie verum pandit et habito, quod ex revelacione illud[45] cognoverit,[46] nescit[47] proporcionare[48] penam,[49] vel quomodo ex recidivancia culpa non plene[50] dimittitur quoad deum.[51]

Ideo in ista materia currunt blasphemie infinite. Unde securum foret dolere fideliter de peccato preterito et cavere recidivanciam[52] pro[53] futuro et semper vivere in fide formata domini Iesu Cristi.

CAP. X.[1]

Sed[2] ultimo replicat anticristus, quod pape et sui satellites, eciam episcopi habent potestatem, adversarios, quos ipse limitaverit,[3]

---

[42] ficte multos *BCDG* multos ficte *AE* [43] et illi n. s. t. *ACDEG* *om. B* [44] *in AE is add. in mar.:* Nota *A*[1], *and E*[2] [45] ill. *BCDG* ill. idem *AE* [46] cognoverit *BCDG,E*[3] *in mar.* congruit *AE* [47] nescit *ACDEG* nescietur *B,E*[3] *corr. into the text* [48] proporcionare *ACDEG* proporcionari *B* [49] penam *ACEG* pena *B* penam penitenciam *D* [50] plene *ABCEG* pene *D* [51] *in A and E is add. in mar.:* Penalis *(A* penialis*?) A*[1], *and E*[2] [52] recidivanciam *ADEG,B*[1] *in mar.* recidivancia *C* [53] preterito et c. r. p. *ACDEG* preterito pro *B, but in mar. is add. by B*[1] et cavere recidivanciam

CAP. X. [1] Cap. 10 Obicitur pro bello *A*[1] Cap. 10 *CDE* novum capit. *B* *om. G* [2] *in A and E is add. in mar.:* Bellum *A*[1], *and E*[2] [3] limitaverit *CDG* limitavit *ABE*

debellandi;[4] et cum[5] ab irregularitate et quibuscunque peccatis emergentibus in ecclesia[6] habet potestatem plenariam absolvendi, videtur, quod habet potestatem limitandi talem pugnam in hostes, qui aliter noluerint[7] emendari, et absolvendi aggredientes[8] a crimine committendo specialiter,[9] cum Luc. 22[a] mandat Cristus: nunc, qui habet sacculum, tollat similiter et peram, et qui non habet, vendat tunicam et emat gladium.[10] Ad quid ergo haberent episcopi, cuiusmodi erant apostoli, gladium in hoc casu, nisi ad debellandum hostes ecclesie vel saltem ad[11] eos hostiliter absternendum?

Hic dicitur, quod papa et episcopi debent in tempore legis gracie pugnare[12] non superflue aerem verberando, sed proprium corpus[13] castigando et cum predicacione[14] verbi dei ad pacem ecclesie exhortando. Unde quicunque sacerdotes, maiores[15] vel minores, aliter pugnaverint tempore legis gracie[16] gladio[17] corporali, deficiunt ab ista spirituali pugna et spiritualiter[18] pugnando cum gladio verbi dei.

Necesse tamen est, sacerdotes insolentes, qui non sic pugnant, corpus proprium castigando, nec habent gladium verbi dei, in pugnas illicitas cum gladio materiali prorumpere.

Sed ve illis! Taliter ergo debent papa et sui episcopi crucis Cristi adversarios debellare, sed heu ewangelii predicacio est hodie *C fol. 143a* interdicta et mundana exerci|tacio est a prelatis nimium commendata! Et sic cleri communitas a conversacione Cristi et suorum apostolorum nimium est perversa, sic, quod ipsis non superviven-

---

CAP. X. [a] *v. 36*

---

[4] debellandi *ABCEG* ad bellandum *D* [5] cum *ABCDE* tantum *G* [6] em. in eccl. *CDG* in eccl. em. *ABE* [7] noluerint *ABCDG* voluerint *E* [8] aggr. *ABDEG* aliter *(ud.)* aggr. *C* [9] specialiter *ACDEG om. B* [10] *in D is add. in mar.:* Emat gladium *D¹* [11] ad *BCDE om. G* [12] *in D is add. in mar.:* Pugnare *D¹ in A in mar.:* Pugnare sacerdotem *A¹ likewise in E, but a few lines further below, by E²* [13] prop. cor. *CDG* cor. pr. *ABE* [14] predicacione *ABCEG* predicare *D* [15] maiores *ACDEG,B¹ in mar. om. B* [16] gracie *ACDEG,B¹ in mar. om. B* [17] gladio *AC,E, but by E³ in mar.:* cum cum gl. *BDG* [18] spiritualiter *CD* specialiter *ABEG*

tibus[19] vita[20] coraule[21] nostri Cristi foret per fidem, quam de ipso habet ecclesia, longe melius imitata, quia moderni satellites tripudiantes[22] per viam contrariam seducunt plurimos a Cristi vestigio exequendo.

Et quantum ad absolucionem papalem[23] certum est, quod ab aliquo peccato non potest absolvere, cum spiritus sanctus dicat I Ioh. ultimo[b]: est peccatum usque[24] ad mortem, non pro illo dico, ut roget quis, et Matth. 12[25c] dicit Cristus: qui autem dixerit contra spiritum sanctum verbum, non remittetur ei in hoc seculo neque in futuro. Ex qua fide patet secundum exposicionem Augustini,[26] quod peccatum usque ad finem hominis perseverans est irremissibile,[d] cum deus pertinenter asserit, quod non dimittetur[27] in hoc seculo neque in futuro. Papa ergo non habet potestatem[28] peccatum tale remittere et forte sic peccantem[29] sicut peccatum illud fideliter non cognoscit.

Resuscitet ergo suos occisos et moneat eos ad penitenciam fructuosam exhortacionibus verbi dei, et tunc est evidencia, quod ab illo, quod aliter foret peccatum in spiritum sanctum, illos absolvit, quos sic vivificat. Sed verisimile est de[30] multis tam

---

[b] *cap. 5, 16* [c] *v. 32* [d] *cp. August. Opp. tom. II, Lib. ad Bonifacium seu Ep. CLXXXV p. 662, F: cum dicit: Qui peccaverit in Spiritum Sanctum . . . non utique omne, quod in Spiritum Sanctum peccatur facto seu dicto, sed aliquod certum et proprium intelligi voluit, hoc est, duritia cordis usque ad finem huius vitae, qua homo recusat in unitate corporis Christi, quod vivificat Spiritus Sanctus, remissionem accipere peccatorum*

---

[19] superviventibus *ABDE,C² in mar.* supervenientibus *C* viventibus *G* [20] vita *ACDG,B¹ and E³ (?) in mar.* *om. BE* [21] coraul le *(both cr. out)* coraule *in C add. above the col. 143ᵃ by C²* [22] tripudiantes *ABCDE* repugnantes *G, in mar. is add. by the texthand* nantes, *the first part of the word is cut away* [23] *in A is add. in mar.:* Absolucio papalis *A¹* [24] usque *CDG* *om. ABE* [25] 12° *ABCDE* 15 *G* [26] exp. Aug. *ABCDE* Augustinum *G* *in D is add. in mar.:* Augustinus *D¹* [27] dimittetur *ACDEG* dimittitur *B* [28] habet potest. *BCDG* potest potestative *AE* *in C in mar.:* Peccantem *C²* [29] peccantem *ABCDE* peccatorem *G* [30] de *ACDEG* quod de *B*

presbiteris quam laicis,[e] quod ex instigacione sua ad pugnam et defectu fidei orthodoxe inducit illos in temptacionem et necessitat ad peccatum usque ad mortem vel in sanctum spiritum committendum. Nec irregulares prescitos[31] potest ad regularitatem[32] restituere vel absolvere ut salventur.

Et patet, quod non omnia dicta[f] de absolucionibus tamquam ewangelium sunt credenda.[33] Et sic proposito peccatore[34] et ostenso peccato, quod videtur in arbitrio pape leve, nescit cum omnibus suis[35] cardinalibus, si habet potestatem[36] ipsum plene absolvendi de plenitudine potestatis, quia nescit, si peccator ille vel ipsemet sit prescitus. Non ergo temptavit papa hucusque suorum hostium ultimam voluntatem,[37] quia nec predicavit[38] illis ewangelium, nec remittendo iniuriam renunciavit omni statui suo cesareo, quod tamen[39] debet omnis sacerdos et specialiter papa facere, cum Cristus dicat Luc. 14[g]: omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus, que possidet, non potest meus esse discipulus. Dyabolicum itaque foret concilium, istud ewangelicum Cristi dimittere et inducendo in temptacionem finalis impenitencie spem falsam de absolucione promittere. Et sic licet in lege veteri licuit patriarchis pugnare,[40] ut Abrahe, David et ceteris, cum[41] ad hoc ex revelacione domini sunt mandati, tamen tempore legis gracie splendente Cristi humilitate et
C *fol. 143*b paciencia non video, quomodo licet alicui et specialiter || sacerdoti Cristi sine revelacione huiusmodi sic pugnar.

Et quantum ad illud[42] Luc. 22[h] allegatum,[43] dictum est, quod

---

[e] *cp. Walsingham, H. A. II, 95* [f] *in the bulls sent to England on account of the Crusade, cp. them Walsingham II, 71 ff.* [g] *v. 33* [h] *v. 36, cp. above p. 626*

---

[31] prescitos *BCDG,E*[2] *in mar.* potentes *A, E (ud.)* [32] regularitatem *C* irregularitatem *ABDEG* [33] credenda *ABCDE* tenenda et sic credenda *G* [34] prop. pecc. *ABCDE* proposita peccacione *G* [35] suis *ACDEG* *om. B* [36] *in D is add. in mar.:* Nescit de potestate absolvendi *D*[1] [37] su. h. ul. vol. *ACDEG* suorum voluntatem ultimam *B, but in mar.* hostium *by B*[1] [38] predicavit *B* predicat *GE* predicant *ACD* [39] tamen *ABCDE* tantum *G* [40] *in D is add. above the col.:* In veteri lege licuit patriarchas pugnare *D*[1] [41] cum *ACDG* tamen *BE* [42] illud *BCDG* illud idem *AE, cp. IX, 45* [43] allegatum *ABCEG* *om. D*

multi pseudofratres heretici predicando superbiunt et excitant multos episcopos et confratres[44] suos ad aggrediendum hanc pugnam, quia non vident, ad quem sensum Cristus aliter mandaret eis emere gladium, cum certum sit ex Psal. 108[i]. Iudas Scarioth et per consequens multi alii[45] apostoli erant episcopi, cum iuxta exposicionem Petri[k] spiritus sanctus de Iuda loquitur: episcopatum eius accipiat[46] alter. Prelati ergo habent artem in medio virtuose pugnandi et tempore, quo debent, a pugnis huiusmodi desistendi.

Tales sunt multe hereses, quibus fratres in ista pugna populum excecarunt. Sed non legi de aliquibus fratribus aggredientibus istam pugnam, qui vel vendiderunt tunicam vel emerunt gladium, sed procurarunt per media sua solita[47] secures armorum et gladios emiserunt.[48] Cum ergo secundum confessionem propriam sunt obligati ad omnia consilia ewangelica, quomodo proficeret exercitus, quem sic ducunt?[49]

Sed dimissis heresibus fratrum et factis suis irregularibus in hac parte videndum est de sensu catholico, quem Cristus edocet in hiis[50] verbis. Sciant ergo heretici imprimis, quod[51] Cristus noluit suos discipulos emere sibi materiales gladios[52] ad bellandum, primo[53] quia Cristus uno intuitu, sine verbo,[54] posset omnes inimicos suos prosternere, ut patet Ioh. 18[l]: Iesus itaque sciens,[55] que[56] ventura erant super eum, processit[57] et dixit[58 m] ad eos: quem queritis? Responderunt ei: Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus: ego sum et

---

[i] *Ps. 109, 8* [k] *cp. Acts 1, 20* [l] *v. 4—6*

---

[44] confratres *CDG* fratres *ABE* [45] alii *BCDG* *om. AE* [46] accipiat *BCDE,A, but* et *is add. above it by A*[1] accipiet *G* [47] solita *BCDG* solicita *AE* [48] emiserunt *BCDG* omiserunt *AE* [49] ducunt *ABCE* dicunt *DG* [50] hiis *ACDEG* suis *B* [51] verbis sciant e. h. i. quod *ABCDG* verbis quod *E, aber in mar.* sciant er. h. inp. *E*[4] *(?)* [52] em. s. m. gl. *ABCDG* em. ma. gl. si *E* *in D is add. above the col.:* Cristus noluit suos discipulos emere sibi materiales gladios ad bellandum *D*[1] *in A in mar.:* Gladii duo *by A*[1], *likewise in E below the col.:* Gladii duo *E*[2] [53] primo *ABCDE* *om. G* [54] verbo *ABCDE* uno verbo *G* [55] sciens *etc.* — dicit eis *BCDG* sciens dicit *A,E, here below the col. is add.:* que ventura — eis ego sum *E*[3] [56] que *BCE*[3]*G* quia *D* [57] processit *BCE*[3]*G* recessit *D* [58] dixit *C* dicit *BDE*[3]*G*

sequitur.[59] Ut ergo dixit eis: ego sum, abierunt restrorsum et ceciderunt in terram. Ille ergo, qui tam levi medio et prioribus dictis suis consono[60] posset hostes suos prosternere,[61] non excitaret discipulos suos[62] inermes et inertes per medium tam anxium ad debellandum, quia ut, dicit Hieronymus,[m] non mediocriter peccat, qui propositis duobus bonis eligit minus bonum. Similiter Cristus Petrum ante redarguit, quia pontificis servum cum tali gladio percussit, ut patet Matth. 26[n]: tunc ait Iesus Petro: converte gladium tuum[63] in locum suum. Omnis enim, qui accipit[64] gladium, gladio peribit.[65] Cristus enim, apud quem sunt cuncta presencia, et in quo non fuerunt[66] est[67] et non, noluit, discipulos suos sic cum materiali gladio sic pugnare.[68] Congruencius ergo[69] foret hiis fratribus predicare populo, quomodo omnis,[70] qui gladio percutit,[71] sine auctoritate regis pacifici, gladio peribit[72] divini iudicii, et tunc posset dedisse illis[73] graciam istam[74] pugnam execrabilem evadendi.

---

[m] *cp. Corp. iur. can., ed. Leipz. 1879, I, 1418, Decr. p. III. dist. V. cap. 24; the passage runs as follows: Mediocre bonum non est magno praeferendum. Item Hieronymus (in regula monachorum ex Hieronymo collecta — Polycarpus l. 3. t. 35): Non mediocriter errant qui bono magno praeferunt mediocre bonum. Nonne rationabilis homo dignitatem amittit, qui vel ieiunium caritati aut vigilias praefert sensus integritati, ut propter abstinentiam immoderatam atque indiscretam psalmorum vel officiorum decantationem aut amentiae aut tristitiae notam incurrat. This passage is very frequently made use of by W., cp., for instance, De Christo et suo adversario antichristo, cap. IX; also in De Citationibus frivolis, cap. VII, above p. 561* [n] *v. 52*

---

[59] et seq. *ABCDE* *om. G* [60] consono *ABCE* consone *DG* [61] posset h. s. p. *BCDGE* posset hostes *A*, *but in mar.* suos prosternere *is add. by the text-hand* [62] suos *ABCDG* *om. E* [63] tuum *ACDEG,B¹ in mar.* *om. B* [64] accipit *CDG* acceperit *E* acceperint *A* accipiunt *B* [65] peribit *CDEG* peribunt *AB* [66] fuerunt *BCEG* fuerint *AD* [67] est *ACDEG* nisi est *B*, nisi *add. later in mar. by E³* [68] sic pugnare *BCDG* pugnare *AE* [69] ergo *ABCEG* enim *D* [70] omnis *ABCDG* omnes *E* [71] percutit *ABCDG* percuciunt *E* [72] peribit *ABCDG* peribunt *E* [73] illis *ABCEG* eis *D* [74] istam *ABCDG,E² in mar.* et sanctam (sa. *ud.) E*

Similiter Cristus[75] semper scit omnia, ut patet Ioh. 18[o]; antequam consuluit vendere tunicam ‖ et emere gladium, cognovit illos ‖ *C fol. 144a* duos gladios,[76] quos habebant. Cum ergo apostoli dixerunt[p]: ecce, duo gladii hic, et Cristus dixit: satis est, noluit, quod venderent tunicas et emerent sibi materiales gladios ad pugnandum. Et sic fugeret frater hereticus pallidus in hoc puncto, qui dicit, quod Cristus[77] precepit vendere tunicam et emere materialem gladium[78] ad pugnandum. Loquitur ergo Cristus de gladio spiritus sancti, quem est pernecessarium habere in tali persecucionis articulo, ut persecutus lingwa tamquam gladio bisacuto duplici[79] moderamine temperet verba sua, sic videlicet,[80] quod non[81] irritet adversarium ex defectu amicicie[82] ad pugnandum, nec parcat veritati ad crimen propositum reprobandum.[83]

Ad habendum itaque gladium istum[84] debet homo[85] omnia temporalia, amicicias mundanas et propriam vitam relinquere, et tunc gladio spiritus sancti, quem apostolus dicit ad Heb. 4[q] esse tam penetrabilem, est vestitus. Isti autem duo gladii finguntur fuisse duo grandes cultelli[86] carnificum ad agnum paschalem tunc temporis occidendum, et Petrus gessit unum eorum. Sed credere potest, qui voluerit istis sompniatoribus. Ego autem nec credo hoc ut fidem catholicam, nec suppono, nec quod apostoli tamdiu servarunt hos cultellos[87] carnificum, nec quod tales cultelli[88] erant parati ad agnum anniculum[89] occidendum.

Supposito ergo, quod erant duo gladii[90] sicut ewangelium dicit ad literam, dicitur communiter, quod figurant duos gladios, qui

---

[o] *v. 4* [p] *cp. Luke 22, 38* [q] *v. 12*

---

[75] Cristus *ACDEG* cum Cristus Cristus *B* [76] *in D is add. in mar.:* Duo gladii *D*[1] [77] quod Cristus *BCDEG* quod Cristus *(cr. out)* quod Cristus *A* [78] mat. gl. *ABCE* gl. mat. *DG* [79] duplici *ABCDG* scilicet duplici *E* [80] videlicet *BCDEG,A, above it* videlicet *is repeated by A*[1] [81] non *ACDEG,B*[1] *in mar. om. B* [82] amicicie *CDG* miticie *ABE* [83] reprobandum *BCDG,E*[3] *in mar.* expurgandum *A, E* (expur *ud.)* [84] g. i. *CDG* i. g. *ABE* [85] homo *ACDEG om. B* [86] cultelli *ACDEG* cutelli *B* [87] cultellos *ACDEG* cutellos *B* [88] cultelli *ACDEG* cutelli *B* [89] anniculum *ABCE* agniculum *DG* [90] *in A and E is add. in mar.:* Duo gladii *A*[1], *and E*[2]

sunt satis in ecclesia, scilicet gladium materialem deputandum brachio seculari, ut dicit apostolus Rom. 13[r], et gladium spiritualem sacerdotibus deputandum.

Exciplit taciacru etc.[91]

[r] *v. 4: si autem male feceris, time; non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram ei, qui malum agit.*

[91] *i. e.* Explicit cruciata etc. Explicit Cruciata venerabilis et ewangelici doctoris Magistri Johannis Wyklef *A* Explicit cruciata ewangelici doctoris Incipit tractatus eiusdem de Cristo et eius adversario ca^m primum *B* Explicit Cruciata etc. Motus sum per quosdam *(beginning of De Fundatione Sectarum) D* Explicit cruciata id est contra bella clericorum Incipit tractatus de dissensione paparum ca. prim. *E* Explicit tractatus contra cruciatam *(is the last Tract of cod. G; it begins fol. 237, and is written by a hand different from that of the other Tracts: it is very much like that of cod. 3927; there is only in the ductus of the* d a *difference).*

XXIV.

DE CHRISTO
ET
SUO ADVERSARIO ANTICHRISTO.

DE CHRISTO ET SUO ADVERSARIO ANTICHRISTO.

I. Division.

I. Introduction: on the unity of the Church, cap. I.
II. Philosophical-scholastic basis of the attack, cap. I—IV.
III. The attack itself, V—XV.

II. Summary of Contents.

Unde secte iste, verecundantes suam divisionem a secta domini, dicunt, quod non sunt alie a secta domini Iesu Cristi, quia tunc indubie non forent nisi equivoce cristiani.[17] Sed suppono illis sine[18] contencione,[19] ut dictum est alibi, quod unitas secte requirit unitatem regule et patroni,[b] et cum iste secte quatuor tam in patrono quam regula[20] variantur a secta Cristi, evidens est, quod iste secte sunt dispares, sicut sunt ordines ex confessione propria variati.

Nec valet dicere,[21] quod secta Cristi est genus, et habet sub se species multiplices, quia ad unitatem individuam date secte sufficit unitas[22] individua regule et patroni. •Sed Cristus et lex ewangelica sunt individua, ergo tota secta Cristi, sicut et sua ecclesia, est ad unitatem individuam reducenda. Quando autem secta Cristi fuit primo[23] simplex individua, tunc crescebat;[24] sed expost, cum false ficta fuerat esse genus, et partes specifice fuerunt[25] sine auctoritate Cristi vel eius licencia introducte, tunc decrevit.

Ymo constat logicis, quod individuum non potest crescere ad genus vel speciem; ideo non potest vere dici, quod iste secte quatuor[26] sunt species contente sub genere secte Cristi. Ymo cum diversitas numeralis[27] recedit ab unitate et secta Cristi,[28] ut patet ex suis[29] principiis, sit optima secta[30] possibilis, manifestum videtur, quod sit irreligiosa stulticia, sic recedere ab individua secta Cristi.

---

[b] *for instance, above* De *Fundat. Sect. p.* 21

---

[15] circa *BCD* citra *A* [16] laborat *ACD* laboret *B* [17] *in E is add. below the col.:* Secte unde convincerentur a Cristo divise *E*² [18] sine *ABC* sentencie *D* [19] *in C is add. in mar.:* Supposicio *C*¹ [20] regula *ABD* in regula *C* [21] dicere *ABD* d. *(sic) C, cp. above cap. I note 17* [22] unitas *ABC* et unitas *D* [23] primo *ACD* *om. B* [24] *in E is add. above the col.:* Lex secte Cristi simplex et individua profecit *E*² [25] fuerunt *ABC* fuerant *D* [26] ist. se. quat. *ACD* ist. se. *B, but in mar.* quatuor *B*¹ [27] numeralis *ABD* naturalis *C* [28] Cristi *CD,A*¹ *corr. into the text* *om. AB* [29] suis *ABC* eius *DE* [30] secta *ACD,B*¹ *in mar.* *om. B*

Nec possunt iste secte subterfugere, quin ab individua secta domini recesserunt. Sed quis processus terruit illos,[31] quod sic ab ista[32] unitate secte domini declinarunt?

CAP. III.

| A fol. 240c ||Sed contra istam sentenciam instant sophiste[1] dyaboli, — contra hoc, quod dicit apostolus Eph. primo,[a] quod visibilis[2] ecclesia est unum corpus[3] et dominus eius caput, — primo sic: omne corpus est unum continuum, quia aliter foret substancia huius mundi corpus, licet fuerit in indivisibilia separata.

Sed hic dicitur concedendo primum principium tamquam fidem. Cum enim ecclesia sit sponsa Cristi et mulier fortis, ut dicit Salomo,[4b] necessario erit corpus, ut hic[c] dicit apostolus, nec dubium fideli,[5] quin Cristus non sit cum duris et frigidis lapidibus, cum lignis et aliis concurrentibus ad composicionem basilice desponsatus. Ideo oportet, quod ecclesia, sponsa Cristi, ex angelis et hominibus componatur. Et sic concedunt, quod ecclesia est unum continuum, quia secundum partes corporeas, et totus mundus est unum corpus maximum et foret, licet per impossibile in[6] indivisibilia dividatur. Continuacio enim et parcium composicio,[7] cum sit[8] accidens, non est principium nature corporee, cum totum genus accidentis a toto genere substancie[9] sit causatum. —

Secundo sic arguitur: cum angeli sint[10] partes ecclesie, et ipsa est unum corpus continuum, ut hic[d] dicitur, sequitur, quod con-

---

CAP. III. [a] *v. 22—23: Et ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam, quae est corpus ipsius et plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur* [b] *cp. Cant. 4, 8 ff.* [c] *cp. Eph. 1, 24* [d] *cp. above l. 5 ff.*

---

[31] illos *ACD* illis *B* [32] ista *AB* *om. CD*

CAP. III. [1] sophiste *ACD* sophistice *B* [2] visibilis *ABC* universalis *D* [3] *in A is add. in mar.:* Ecclesia est unum corpus *A*[1] [4] Salomo *AD* Salomon *BCE* [5] fideli *BCD,E*[1] *with mark of ref. below the col.* *om. AE* [6] in *AB,E, but in mar.* totaliter *is add. by E*[1] totaliter in *CD* [7] composicio *ACD* posicio *B, but B*[1] com *in mar.* [8] sit *ACD,B*[1] *in the text* *om. B* [9] substancie *AB* *om. CD* [10] sint *AB* sunt *CD*

tinuum componitur ex non quantis,[11] cuius[12] oppositum demonstrat Aristoteles multis locis.

Hic concedenda est conclusio, ut patet ex multis evidenciis. Nam omnes partes istius corporis vel sunt pure divisibiles, vel pure indivisibiles[13] sive mixtim. Primo modo enim[14] dicitur, cum tunc omnes ille[15] partes assignate in principio[16] non sunt omnes, cum[17] habent medietates, quartas, et sic de aliis partibus proporcionabilibus, et per consequens ille assignate in principio[16] non sunt omnes.[18] Nec potest dici, quod ille omnes sunt indivisibiles, quia tunc nulla pars continui foret composita. Ideo relinquitur tercium membrum, quod nec omnes partes corporis sunt divisibiles nec omnes[19] indivisibiles, sed commixte. Et sic est de partibus corporis ecclesie, quod alique sunt divisibiles, ut corpora beatorum, alique[20] indivisibiles, ut spiritus beatorum, et alique mixtim, ut partes corporis ecclesie, que ex istis partibus componuntur. —

Sed tercio arguitur per hoc principium mathematicum, quod omne totum est maius sue parte quantitativa.[21] Sed totum corpus ecclesie non est maius, quam est corpus hominum beatorum, ergo corpus visibilis ecclesie non est ex hominibus et angelis aggregatum.

Hic dicitur, quod illud principium mathematicum, quod intelligitur[22] de quantitate, que est principium talis sciencie, ut quantitas discreta, que est principum arithmetice, vel quantitas continua, que est principium geometrie, — || illud idem,[23] inquam, prin- *A fol. 240d*
cipium intelligitur de partibus quantitatis[24] huiusmodi subiectorum. Et istud est verum, licet unum totum a sua parte maxima per indivisibile sit excedens, ut patet tam de quantitate continua quam discreta.

[11] *in A is add. in mar.:* Continuum componitur ex non quantis *A*¹ [12] cuius *ABC* cum *D* [13] *in A is add. in mar..:* Ecclesie partes alique sunt divisibiles, alique indivisibiles *A*¹ [14] enim *A* non *BCD* [15] ille *ABC* *om. D* [16] principio *ABC* puro *(?) D (the abbreviation is not clear)* [17] omnes, cum *etc. BCD* omnes, nec potest dici *etc. AE the scribe got into the wrong line, led astray by* non sunt omnes [18] omnes *D*, *certainly also the original of A, cp. note 17* omnia *BC* [19] omnes *ACD*, *B*¹ *in mar. om. B* [20] alique *ACD* et alique mixtim ut partes corporis ecclesie *(ud.)* alique *B* [21] *in A is add. in mar.:* Omne totum est maius sua parte, quomodo intelligitur *A*¹ [22] quod intelligitur *B* quod *(cr. out & ud.)* intell. *AC* intell. *E*, *but in mar.* quod *E*¹ [23] idem *AB om. CD* [24] quantitatis *ABC* quantitativis *D*

Et sic dupliciter potest intelligi, unum corpus esse maius reliquo, scilicet continue vel discrete; continue, sicut corpus excedit sui partem quamlibet numeralem,[25] discrete autem unum corpus excedit reliquum per partes indivisibiles, que non sunt partes numerales vel proporcionales geometrice suo toti. — Et in ista equivocacione laborant inutiliter sciencie, que miscentur.

CAP. IV.

Sed adhuc instatur contra istam sentenciam, que asseritur esse fides: quelibet pars quantitativa corporis est corpus, sed tres ierarchie[1] celestes sunt partes quantitative corporis ecclesie, ergo quelibet illarum est corpus, et per consequens spiritus, non habentes posicionem[2] vel continuacionem, constituunt[3] unum corpus. Sed quid impossibilius?

Hic dicunt catholici, quod duplex est pars corporis sciam secundum philosophos, scilicet pars quantitativa et pars qualitativa;[4] et cum omnis homo sit corpus, et anima sit pars eius, non vertunt in dubium, quin non quelibet pars corporis et non quelibet pars qualitativa hominis est corpus.

Sed ulterius considerant theologi subtilius in ista materia, cum considerant de parte indivisibili corporis, quomodo[5] stat[6] resolucio quoad molem. Et sic loquendo de parte quantitativa corporis ecclesie locuntur[7] de ipsa communius, quam locuntur philosophi, scilicet de parte qualibet numerali, et sic negant, quamlibet partem quantitativam corporis esse corpus, cum spiritus indivisibilis quoad molem sit pars quantitativa corporis ecclesie, licet non habeat

---

[25] numeralem *ABD* materialem *C*

CAP. IV. [1] ierarchie *AC* gerarchie *BD* [2] posicionem *ABC* potenciam *D* [3] constituunt *ABC* consistunt *D* [4] quan. et p. qual. *AB* qual. et p. quan. *CD* *in A is add. in mar.:* Pars corporis est duplex, quantitativa et qualitativa *A*[1] [5] quomodo *B,C*[1], *in C the scribe left a blank space, in it* quomodo *was inserted by C*[1], *but the blank was not filled by it, so that there is after* corporis *a lacuna* quam *AD* [6] stat *ACD* constat *B* [7] loquuntur *ABCD* loquentur *(?) E*

extensionem;[8] ut patet de ierarchia celesti et spiritibus, qui sunt partes hominum.

Sed difficultas est, utrum aliqua ierarchia celestis vel aggregatum ex spiritibus hominum sit corpus. Et dicunt quidam, quod sic, quia corpus misticum, et sic aliquod est corpus, quod non est divisibile quoad molem. Et sic videntur legiste[a] loqui, vocantes legum suarum indivisibilem multitudinem corpus iuris, et sic aliquod est corpus, ex tribus partibus indivisibilibus, posicionem[9] non habentibus, integratum. Et ipsi dicunt, quod quelibet multitudo | *A fol. 241a* trium spirituum beatorum vel plurium est corpus ecclesie, sed corpus misticum. Nec[10] dissencio ab ista sentencia.

Si enim in fide scripture patule sit fundata,[11] secundo obicitur per hoc, quod si Cristus sit caput ecclesie, tunc est pars ecclesie,[12] quia aliter ecclesia foret corpus acephalum. Consequens videtur[13] falsum, quia Cristus est deitas,[14] et deitas[15] non potest esse pars creature, quia sic creatura foret perfeccior creatore.

Hic dicunt catholici, quod Cristus est indubitanter caput ecclesie, ut patet ad Eph. primo,[b] et sic potest dici esse dignissima[16] et suprema pars ecclesie, sed secundum humanitatem. Unde, sicut Augustinus in libro Retractacionum suarum vellet vocare Cristum hominem dominicum, si auctoritatem habuerit ex scriptura, ita nos vellemus in ista materia[17] loqui, sed de scripture locucionibus contentamur.

Et ita videtur, quod ante incarnacionem ecclesia non fuit acephala, cum habuit[18] deitatem extrinsecus, non intrinsecus capitantem. Habuit tamen ex incarnacione Cristi perfeccionem inestimabilem,

---

CAP. IV. [a] *The Legists are, according to the custom of the Middle Ages, the doctors of the roman, the Decretists of the canonical law* [b] *v.* 22

---

[8] extensionem *ACD,BE, but add. by B¹ in mar., and E¹ has add. in the text* co *(therefore* coext.) [9] posicionem *BD* positum *AC* [10] nec *BCD,A¹ in mar., corr. into the text by E¹* ut *E (ud.), A* [11] sit fundata *AB* sunt hec fundata *CD* [12] *in A is add. in mar.:* Cristus si est pars ecclesie *A¹* [13] videtur *A* videtur esse *B* est *CD* [14] deitas *ABCD* deistas *E* [15] deitas *ABCD* de ita *E* [16] potest dici esse dignissima *ACD* potest esse dirigi (dir. *cr. out)* dignissima *B* [17] in ista materia *BCD* istam materiam *A* [18] habuit *ABCD,E¹ in mar. om. E*

cum fuit[19] intrinsecus capitata. Et de isto capite videtur loqui apostolus ad Hebreos primo[c] secundum eius humanitatem, quando dicit, quod Cristus tanto melior angelis effectus, quanto[20] differencius pre illis nomen hereditavit. Hoc autem nomen videtur esse homo, deitati[21] ypostatice copulatus, et in racione istius nominis gaudebant angeli[22] tempore veteris testamenti.

Sed tercio dubitatur de racione, secundum quam homines et angeli sunt corpus ecclesie. Videtur enim, ecclesiam esse corpus valde heteromogenum,[23] et sic videtur esse congruum militanti ecclesie, habere sectas disparium naturarum.

Hic dicunt catholici, quod racio corporis ecclesie non est continuitas[24] mathematica, sed verius est[25] predestinacio, secundum quam [*in*][d] deo[26] ecclesia est unita. Et ita quoad istud ecclesia est[27] secundum quamlibet sui partem consimilis racionis,[28] cum tam[29] Cristus quam[30] angelus sit predestinatus, ut patet Rom. primo.[e] Ideo cum secta sit spiritualis, sicut predestinacio vel unio in deo, consonum est racioni, quod sit unica secta Cristi. Et sic conceditur, quod secundum racionem disparem Cristus est caput et sponsus ecclesie.[31]

|| *A fol. 241b* Alias autem difficultates, ut quod ecclesia ante incarnacionem fuit acephala, licet tunc cum deitate fuit[32] desponsata, non audeo tangere, sed relinquo posteris pertractandas, sicut relinquo sophistis, quomodo idem corpus potest esse quantumcunque modicum et simul in zenith capitis, in nadir et[33] in polis.[f]

---

[c] *v. 4* [d] *cp.* unio in deo *line 16* [e] *v. 4* [f] *The nadir is that point of the globe, which is just opposite the Zenith, therefore not visible*

---

[19] fuit *ABCD,E¹ in mar.* sint *E* [20] quanto *B,A (corr. by the texthand* est quanto *CD* [21] editati *AB* deitate *CD* [22] angeli *AB* angeli et patres *C* apostoli et patres *D* [23] ethromogenum *A* ethromogenium *(the first* m *ad.) B* ethromogenium *C* etromogenium *D* et romogenum *E* [24] *in A is add. in mar.*: Ecclesie continuitas *A¹* [25] est *AB om. CD* [26] deo *BCDE* dei *A* [27] est *AB om. CD* [28] partem consimilis racionis *B* partem est cons. racion. *CD* part. cons. sanctis *AE, but below the text is add.* racionis *by E¹* [29] tam *ABC* tamen *D* [30] quam *ABC* quomodo *D* [31] *in A is add. in mar.:* Caput et sponsus ecclesie est Cristus secundum racionem disparem *A¹* [32] fuit *ABC* fuerit *D* [33] *the passage is corrupt in consequence of the uncommon* nadir: in nadaer et *A.*

CAP. V.

Relicta ista abstracta materia restat tangendum grossius de sensibili ecclesia militante.

Et incipiendo a radice supponendum est ut fides, quod Cristus sit caput illius ecclesie, ut sepe[a] dicit apostolus.

Sed de primatu apostolorum est apud modernos[1] dissensio. Primo videndum est, utrum fundari posset in fide scripture, quod Petrus fuit caput ecclesie.[2] Et videtur quod non, quia de racione capitis est,[3] conferre omnibus membris sui corporis motum et sensum. Sed Petrus nec contulit nec conferre potuit omnibus membris corporis sue ecclesie motum et sensum ad propositum, ergo Petrus non fuit caput sue ecclesie. Sensus enim non est pertinens isti proposito nisi sapiencia legis domini ad viandum. Et illum sensum[4] servavit deus ut sibi proprium, licet occasione doctorum fidelium eciam cuilibet[5] creature possit deus doctrinam suam imprimere. Et quantum ad motum, patet, quod non est pertinens nisi excitacio potencie volitive[6] ad serviendum deo voluntarie, quod est proprium deo, qui mentem humanam illabitur.[7] In cuius signum apostolus, qui fuit vas eleccionis thesauri divine sapiencie constitutus, sepe vocat Cristum caput ecclesie, et numquam in fide scripture vocatur caput ecclesie aliquis cristianus.

Et quantum ad tria nomina Petri, patet secundum interpre-

---

to our eye. Nadir and Zenith are 'the poles of the fundamental plain of the horizon'; they are, therefore, as is shown by astronomers, every where a quadrant (viz. 90 degrees) distant from the latter.

CAP. V. [a] *Cp. Eph. 1, 22 ff.; also above cap. I p. 656*

---

but nadir A^4 *in mar.* in nadaor *(? nadaer)* et *B* invadit et *C* invadit delicta ista abstracta materia restat *(cr. out & ud.)* in nadir et *D, the scribe got into the wrong line, which begins cap. V, but cp.* delicta

CAP. V. [1] est ap. mod. *AB* ap. mod. est. *CD* [2] *in D is add. below the col.:* Petrus utrum fuit caput ecclesie D^2 [3] *in A is add. in mar.:* Capitis condicio A^1 [4] illum sensum *BCD* illud secundum *A (?)* [5] cuilibet *CD* cuiuslibet *AB* [6] volitive *ABC* valentem *D* [7] illabitur *ACD*,B^1 *away from the line, in mar. om. B*

tacionem Hieronymi, quod[8] non sonant, quod Petrus sit caput ecclesie alicuius. Petrus enim dicitur agnoscens sive discalcians, Simon autem dicitur obediens, ponens[9] tristiciam vel auditor meroris; Cephas[10] vero est nomen tercium a Cristo sibi impositum, ut patet Ioh. primo,[b] et ipsum interpretatur potens vel firmitas;[11] et[12] est nomen syrum, non hebreum.

Sed rogo: quid sonat interpretacio alicuius istorum[13] nominum, *A fol. 241c* ut Petrus || sit caput ecclesie? Si igitur Augustinus timuit,[14] vocare Cristum hominem dominicum ex hoc, quod eius sensus non est patulus ex scriptura,[15] quanto magis timendum est, aliquem cristianum vocare caput ecclesie, ne forte blasphemetur in Cristum, cui hoc nomen ex trinitatis concilio tamquam sibi proprium est servatum.

Videtur autem, modernos philocaptos[16] esse frontosos ex heretica cecitate,[17] quia ponunt Petrum[18] et papas generaliter, quorum quosdam est verisimile esse dyabolos,[19] esse caput tocius ecclesie militantis, ymo precipiendo angelis, esse caput ecclesie triumphantis. Et tamen fratres asserunt publice, quod ille est hereticus, qui ponit quemcunque[20] dampnatum esse dyabolum,[c] sicut Cristus vocavit Scarioth. Et in tali errore lapsi sunt plurimi, ut quidam dicunt expresse, quod hoc est impossibile, quod Cristus descendit ad inferos, cum nichil de Cristo nisi spiritus suus descendit ad inferos, et impossibile est, illum spiritum esse Cristum; et ultra innuunt,[21] quod iste articulus fidei sit[22] valde hereticus, quia implicat, quod

---

[b] *v. 42* [c] *as to this assertion, cp. De Diab. et membr. eius cap. I, above p. 361*

---

[8] secundum int. Hier. quod *EA*[1] quod sec. int. Jer. quod *BCD* quod *(cr. out by A*[1]*)* sec. int. Hi. quod *A* [9] ponens *BCD* pavens *A* [10] *in D is add. below the col.:* Cephas *D*[2] [11] firmitas *AC* finitas *BD* [12] et *ABC* eciam *D* [13] alicuius istorum *BCD* aliquorum *A* [14] timuit *ABC* innuit *D* [15] *in A is add. in mar.:* Preter scripturam aliquid asserere est periculosum *A*[1] [16] philocaptos *AD* philocaptas *B* filo *(ud.)* philocaptos *C* [17] cecitate *BCDE* pravitate *(ud.)* cecitate *A* [18] petrum *ABD* pe. *(sic) C* [19] *in A is add. in mar.:* Johannes papa XXIII. fuit in concilio Constancienci pro dyabolo incarnato publice per suos cardinales et totum concilium condempnatus anno domini millesimo CCCCº XVº *A*[2] [20] quemcunque *BCD* quomodocunque *A* [21] innuunt *ABCD* innuuntur *E* [22] sit *AB* est *CD*

ille spiritus est dominus Iesus Cristus, et sic, ut balbuciunt, Cristus non foret tunc verus homo vel integer, sed foret identificacio rerum, ex qua sequitur oppositum cuiuslibet articuli fidei cristiane.

Suppositis autem oppositis horum deliramentorum, videtur esse sanum catholice, nec concedere de Petro nec aliquo[23] cristiano, quod sit caput alicuius ecclesie, sed hoc tamquam proprium domino reservare.

Quis autem apostolorum fuit princeps[24] vel capitaneus plus dilectus, est dissensio apud multos, sed Petrum videtur habere prerogativam[25] humilitatis, paupertatis et voluntarie administracionis, sicut videtur ipsum conversando cum Cristo habuisse primatum[26] quendam interrogando, respondendo et operando, ac si hoc innueret, Petrum habiturum quandam[27] principalitatem secundum legem domini in regimine ecclesie militantis. Sed hoc nullo modo innuit, quod Petrus fuit[28] caput ecclesie, sed quod fuit humilior, pauperior et servitivior, cum Cristus diffinit, quod inter apostolos penes hoc maioritas attendatur, ut patet Matth. vicesimo,[d] Marc. decimo[e] et Luc. vicesimo altero.[f]

Ideo videtur multis ex fide scripture, || quod[29] dyabolus num- *A fol. 241d*
quam emungeret[30] hunc errorem, nisi ut placeatur hominibus et attendatur superbia in prelatis.

CAP. VI.

Superest videre, si Petrus fuit appropriate || vicarius Cristi in terris et habens super quoscunque reliquos[1] apostolos[2] ad hoc pro-

---

[d] *v. 26—27* [e] *v. 43—44* [f] *v. 26—27*

---

[23] al. *ABD* de al. *C* [24] princeps *ABC* principalis *D* [25] *in D is add. in mar.:* Petrus habuit prerogativam *D²* [26] *in D is add. in mar.:* Primatum *D²* [27] quandam *BCD* quendam *A* [28] fuit *AB* erit *CD* [29] mul. ex fi. scr. quod *E* mult. quod (qu. *cr. out*) ex fi. script. quod *A* mult. quod ex fi. script. *BCD* [30] emungeret *C* coniungeret *AE* iniungeret *B* enim iungeret (*ud.*) *D, but in mar. is add.* gigneret *D²*

CAP. VI. [1] reliquos *ABD* aliquos (a *ud.*) *C, but corr. into the text by C¹* [2] apostolos *ACD,B¹ in mar. om. B*

priam potestatem.[3] Et videtur quod sic,[4] quia Matth. sexto decimo[a] Cristus singulariter dicit Petro: quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum et in celis, et quodcunque solveris super terram, erit solutum et in celis; et ibidem[b] prerogative dicitur sancto Petro: tu es Petrus, et super hanc petram edificabo ecclesiam meam, et tibi dabo claves regni celorum. Et in istam sentenciam sonant fides et usus[5] ecclesie.

Sed antequam ulterius procedatur, videtur dicendum, quid[6] in isto puncto proposito[7] sit credendum. Videtur autem probabile, quod omnibus[c] apostolis Cristus dedit plenitudinem potestatis ad ligandum et solvendum[8] et faciendum quodcunque prelati officium in ecclesia militante, ut plane dicitur Matth. duodęvicesimo[d] et Ioh. vicesimo.[e] Aliter enim non fuisset Cristus providus mittendo illos apostolos sic solitarie ad tam separatas provincias regulandum. Non enim consuluerunt[9] ceteri apostoli ex suis provinciis sanctum Petrum, ac si ab illo papalis potestas necessario[10] emanaret, sed Paulus dicit signanter, quod illi, qui videbantur esse aliquid et columpne ecclesie, nichil sibi contulerunt,[11] ut patet Gal. secundo[f]: deus, inquit, personam hominis non accipit; michi enim, qui videbantur esse[12] aliquid, nichil contulerunt, sed e contra cum vidissent, quod creditum est michi[13] ewangelium prepucii, sicut et Petro circumcisionis[14] — qui enim operatus et Petro[15] in apostolatu circumcisionis, operatus est michi[16] inter gentes — et cum cognovissent graciam dei, que data est michi, Iacobus et Cephas et Iohannes, qui videbantur esse columpne, dextras dederunt michi et

CAP. VI. [a] *v. 19* [b] *v. 18* [c] *cp. Chronicon Angliae 395* [d] *v. 18* [e] *v. 23* [f] *v. 6—14*

[3] *in A is add. in mar.:* Si Petrus fuerit supremus apostolus *A¹* [4] sic *BCD* sit *A* [5] so. fi. et us. *ACD* sonat fides ut usus *B* [6] quid *ACD* quod *B* [7] proposito *ACD* proposite *B* [8] *in A is add. in mar..:* Omnibus apostolis dedit Cristus plenitudinem potestatis *A¹* [9] consuluerunt *ABCD* consoluerunt *E* [10] necessario *ACD* necessaria *A* [11] contulerunt *ACD* contulerant *B* [12] esse *ABD,C¹ in mar.* *om. C* [13] quod cred. est michi *BE* quod est (est *cr. out*) cr. est m. *A* q. e. cr. m. *CD* [14] petro circumcisionis *etc. ABCD* petro in apostolatu circumcisionis *etc. E* [15] petro *ABD* petrus *C* [16] michi *ACD* et michi *B*

Barnabe societatis,[17] ut nos inter gentes, ipsi autem in circumcisione, tantum ut pauperum memores essemus, quod eciam sollicitus fui[18] hoc ipsum facere. Cum autem venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei[19] restiti, quia reprehensibilis erat.[20] ||[21 g] Prius enim, quam || *A fol. 242a* venirent quidam ab Iacobo, cum gentibus edebat; cum autem venissent, subtrahebat et segregabat se timens eos, qui ex circumcisione erant, et simulacioni eius consenserunt ceteri Iudei, ita ut et Barnabas duceretur[22] ab eis in illam simulacionem. Sed cum vidissem, quod non recte ambularent ad veritatem ewangelii, dixi Cephe coram omnibus: si[23] tu, Iudeus cum sis,[24] gentiliter vivis et non iudaice, quomodo gentes cogis iudaizare? — Istam autem benedictam fidem historiacam spiritus sanctus[25] in ewangelio Pauli secundum istam formam[26] inseruit ad confundendum superbiam et heresim sequencium prelatorum.

Primo igitur patet in hoc ewangelio, quod apud[27] deum non est accepcio personarum. Ideo erubescerent heretici dicentes,[28] quod Petrus habet ceteris apostolis excellenciorem potenciam,[29] quia est episcopus Romanorum.[h]

Patet secundo, quod isti tres principales apostoli non contulerunt sensum vel motum ewangelii sancto Paulo, sed quod Iacobus, qui

---

[g] *with ref. to note 20 and 21, cp. Corp. iur. can. ed. Leipzig 1879, I,* 332 [h] *cp. the same passage, Ypodigma Neustriae 324*

---

[17] *in D is add. in mar.:* Dextras dederunt *D*[2] [18] fui *ABD* sui *C* [19] ei *ABC* eius *D* [20] *in A is add. in mar.:* Cyprianus episcopus p. 24 q. 1° cap. loquitur ad petrum, dicit, quod omnibus apostolis post resurreccionem suam parem potestatem tribuit. Ad item est Hieronymus, Dist. 95 cap.: Olim idem presbiter et episcopus *A*[2] [21] *above col. 242a and b, in the margin of the folium is written:* Ciprianus episcopus p. 24 q. 1° capitulo loquitur *etc. as note 20* [22] duceretur *ABCD* diceretur *E* [23] si *ABCD* sed *E* [24] Iudeus cum sis *ABCDE Vulg.:* cum Iudaeus sis [25] sanctus *ABC* sancti *D* [26] formam *AB,C*[1] *(inserted in the blank left by C)* foret *D* [27] apud *ABC* sic apud *D* [28] *in D is add. above the col.:* Erubescere debent heretici de excellencia Petri *D*[2] [29] *in A is add. in mar.:* Potestatem equalem ligandi et solvendi habuerunt aposotli *A*[1]

episcopus[30] Hierosolymitanus, ubi Cristus fuit episcopus, a deo in hoc ewangelio Simoni[31] antefertur.

Patet tercio, quod mundana honorificencia et nomen vocacionis patris sanctissimi non inter istos apostolos relucebat,[32] cum isti precipui confessi sunt, Paulum et Barnabam esse sibi socios, non prelatos dominos aut[33] magistros.

Quarto patet, quomodo Paulus ex caritate Petro patenter[34] restitit,[35] cum certus fuerat, quod peccavit ad relinquendum exemplum aliis, ut ipsi faciant postmodum sine personarum accepcione similiter.

Quinto patet, cum quanto fervore et timore no*(ce)*ndi[36] ecclesie Paulus servavit[37] contra Petrum ewangelicam libertatem. Et utinam[38] ista doctrina foret hodie practizata! Tunc enim cessarent legales ritus istarum sectarum quatuor introducti.

Redeundo ergo ad primum propositum patet logicis,[39] quod Petrus habuit in aliquo prerogativam supra ceteros apostolos,[40] et e contra alii Petrum in aliquo excedebant,[41] cum notum sit, quod verbum Cristi, singulariter dictum Petro, fuit exemplar et doctrina sequenti ecclesie militanti. Sed si fuit Petri[42] excellencia simpliciter supra alios, hoc fuit ex dei gracia et propter meritum humili- || *A fol. 242b* tatis que floruit excellencius in hoc Petro. Petrus enim dicitur aliqualiter fuisse[43] firmus in fide, sed notatur ex dicto Cristi, quod illa fides fuit fundamentaliter gracia Iesu Cristi. Vanum igitur est, nobis ex talibus verbis Petrum[44] simpliciter anteferre,[45] sed vivamus humiliter in fide secura et nobis ambiguum dimittamus.

---

[30] episcopus *BD,A, but in mar.* erat *A*[1] erat *(ud.)* episcopus *C* erat episcopus *E* [31] Simoni *C (corr. from* Simone), *AD* Simone *BE* [32] relucebat *ABC om. D* [33] aut *AB* ac *CD* [34] patenter *CD,E*[1] *in mar.* patens *ABE* [35] restitit *ABC* resistit *E* [36] notandi *ABC* vocavi *D* [37] servavit *AB* servat *CD* [38] utinam *ABC* ut iam *D* [39] logicis *ABD* loicis *C* [40] *in D is add. above the col.:* Prerogativa *D*[3] [41] *in A is add. in mar.:* Petrus habuit prerogativam aliquam supra alios apostolos et e contra *A*[1] [42] petri *AB* pe. *(sic) CD, cp. above cap. V, 18 and belowe note 44* [43] fuisse *BCD,E*[1] *above the col.* habuisse *AE* [44] petrum *ABC* pe. *(sic) D, cp. above cap. V, 18 and VI, 42* [45] anteferre *ACD* anteferri *B*

CAP. VII.

Habito, quomodo Petrus et ceteri apostoli se habuerunt ad Cristum ad ecclesie serviendum, restat videre, quomodo romanus pontifex vel papa se habeat ad Petri potestatem vicariam subeundum.[1]

Et constat primo ex fide, quomodo potestas, quam papa exercet, fuit a potestate cesarea derivata, nec habet fundamentum in fide scripture nisi, ut loquar yronice, ex illo Luc. vicesimo altero:[2 a] reges gencium dominantur eorum, vos autem non sic. Ideo si non sit potestas nisi a deo, patet, quod maior potestas, quam[3] false vendicat, sit potestas sophistica et sic dyabolica usurpata.

Primo tamen restat videre, si ad continuacionem regiminis militantis ecclesie oportet; Cristi et Petri vicarium in ecclesia capitaliter presidere.[4] Et videtur quod non, quia Cristus post ascensionem sui in celum maxime prudenter regebat[5] ecclesiam tum ex aprte sapiencie domini presidentis, tum eciam ex habilitate[6] ecclesie militantis. Sed tunc non reliquit[7] aliquem taliter[8] presidentem, ergo nec modo debet aliquis taliter[9] presidere, et in signum istius Paulus vere vocavit Petrum suum socium.[10] Vere confessus fuit, quod Petrus nichil sibi contulit et sibi acute in suo errore seductivo[11] ecclesie contradixit. Quomodo ergo non foret maius peccatum, introducere istam novitatem gentilem sine fundacione debita legis dei? Nam licet cesar ex sua stulticia vellet privilegium tale concedere, viri tamen apostolici foret, ipsum renuere. Ideo qui nititur excusare in hoc Silvestrum vel alium a peccato, nititur accusare

---

CAP. VII. [a] *v.* 25—26

CAP. VII. [1] *In D is add. below the col.:* Quomodo papa habeat se ad potestatem Petri *D*[2] *in A is add. in mar.:* Quomodo papa habet potestatem *A*[1] [2] 22° *A* 20° *BCD* [3] potestas quam *etc. ABCD,E*[1] *with mark of ref. below the col.* potestas sophistica et sic *etc. E* [4] presidere *BD* esse *(cr. out & ud.)* presidere *C* residere *A* [5] regebat *ABC* regebant *D* [6] habilitate *BCD* humilitate *A* [7] reliquit *AB* relinquit *CD* [8] aliquem taliter *A* aliqualiter *B* aliqualiter taliter *CD* [9] taliter *ACD* *om. B* [10] *in D is add. in mar..:* Paulus vocavit Petrum socium *D*[2] [11] seductivo *ABC* seduccio *D*

Cristum et contempnere Cristi legem.[12] Cristus autem tradidit officium et legem suis discipulis, in quibus, quantumcunque habiles fuerint,[13] forent plenarie occupati. Quis ergo potuit eis dare potestatem extraneam tardantem vel subtrahentem ab illo officio et ad seculare officium a Cristo prohibitum inducentem? Et si dicitur, *A fol 242r* || quod sic dicens imponit calumpniam beato Silvestro et cesari, certum est, quod ex[14] leviori causa imponimus culpam, ut imponit fides ewangelii[15] sancto Petro. Supponi tamen potest, quod sanctus Silvester de isto crimine postmodum penitebat.[16] Hoc tamen asseritur citra fidem, qua creditur, quod Petrus post culpas suas multiplices fructuosius postmodum penitebat.

Ex istis patet peccatum paparum sequencium, qui ex vita Petri talem presidenciam mendaciter concludebant,[17] et cum nemo debet mentiri propter salvacionem seculi,[18] patet, quod pape, sic continuantes in hac presidencia, graviter continue peccaverunt. Et hic dicitur, quod a maligno spiritu agitantur,[19] quod locum[20] prophanissimum,[21] in quo effusus fuit sangwis multorum martirum, ut romanum curiam elegerunt.[22] Ex continuacione vero sue secularis vite et luciferine superbie patet, quomodo contra Cristum continuant in errore. Ideo fideles cordati contradicerent in hoc romano pontifici.

Si igitur Petrus peccavit contra libertatem ewangelii in hoc, quod ab esu cum gentibus se subtraxit, quanto magis anticristive peccat,[23] qui cupit[24] super omnem habitabilem[25] presidere et non servato officio, quod Cristus limitat, impedit alios, ut volentes ewan-

---

[12] *in D is add. in mar.:* Qui excusat Silvestrum, accusat Cristum *D²* *in A mar.:* Silvester peccavit dotacionem acceptando *A¹* [13] fuerint *AB* fuerunt *CD* [14] ex *ACD,B¹ corr. into the text* *om. B* [15] ewangelii *ACD* ewangelium *B* [16] *in C is add. below the col.:* Silvester penituit *C³* [17] concludebant *ABD* concludebat *C* [18] *in D is add. in mar.:* Nemo debet mentiri *D²* [19] *in D is add. in mar.:* A maligno spiritu agitantur *D²* [20] locum *ABCD* locum locum *(the second* lo. *cr. out) E* [21] prophanissimum *ABC* eligerent proph. *D* [22] *in D is add. in mar.:* Romanam curiam elegerunt *D²* *in A in mar.:* Roma est locus prophanissimus, quem pape a dyabolo agitati elegerunt *A³* [23] peccat *AE* peccarunt *BCD* peccaverunt *E¹ in mar.* [24] cupit *BCDE* peccat *(cr. out & ud.)* cupit *A* cupiunt *B¹ corr. into the text* [25] habitabilem *BD* habitabile *A* terram *(cr. out & ud.)* habitabilem *C*

gelizare et alia opera apostolica[26] exercere, per suam fictam et infundabilem iurisdiccionem,[27] eciam infundabilem potestatem regis superbie, ne currat libere sermo dei. Et tamen propter timorem servilem nulli vel pauci sunt, qui audent istam sentenciam ewangelicam diwulgare.

Persona tamen,[28] hec asserens, protestatur,[29] quod, si docta fuerit vel aliquis viancium docere sciverit, quod ista sentencia sit fidei scripture vel racioni contraria,[b] wlt ipsam humiliter revocare; credit[30] tamen evidenter, quod tenetur ex lege dei, publicare istam sentenciam, quia omittendo peccaret in Cristum et in[31] eius ecclesiam, cum[32] videtur multis peritis probabile, quod iste papa sit precipuus anticristus et coraula ducens exercitum dyaboli contra Cristum, et tamen[33] more[34] dyaboli simulat,[35] se habere potestatem maiorem ad dimittendum peccata et alias indulgencias ac privilegia concedendum, ultra quam fecerat Cristus vel aliquis apostolorum. Ideo est multis verisimile, ‖ quod ista simulata ficcio in dyabolo est ‖ *A fol. 242d* fundata.

CAP. VIII.

Ex istis claret causa divisionis, que est in ecclesia militante. Olim enim fuit per questum Cristi in suis apostolis et pastoribus suis fidelibus, ipsos sequentibus, nostra habitabilis conquisita lacius, quam est modo. Cuius causa indubie est defectus pastorum, qui sunt perversi in mercenarios et[1] lupos, et non secuntur dominum Iesum Cristum et tamen[2] Petrus, quem pseudoapostoli nominant

---

[b] *With ref. to this protestat of the Author, who here appeals to the Scriptures, cp. Woodford's interesting Tract in Fasciculus Rerum Expetend. Orth. Grat. ed. Ed. Brown, London 1690,* 257

---

[26] apostolica *BCDE* ewangelica ex *(cr. out & ud.)* apostolica *A* [27] *in A is add. in mar.:* Iurisdiccio pape *A*[1] [28] tamen *ABD* autem *C* [29] *in C is add. in mar.:* Protestacio magistri *(texthand) in A in mar.:* Protestacio doctoris ewangelici *A*[3] [30] credit *AB* credidit *CD* [31] in *ACD om. B* [32] cum *ACD* tamen *B* [33] tamen *AB* cum *CD* [34] more *ACD* mare *B* [35] similat *ABC* similant *D*

CAP. VIII. [1] et *A* atque *BCD* [2] tamen *CD* cum *AB*

papam, scribit fidelibus I. Petri secundo[a]: Cristus, inquit,[3] passus est[4] pro nobis[5] nobis relinquens exemplum, ut sequamur vestigia eius. Quis enim non haberet conscienciam super isto, quod Cristus in persona propria vixit tam aspere et passus est[6] tam dire,[7] ut cristiani, qui forent oves sue, ipsum in moribus sequerentur?

Si ergo papa, quicunque episcopi vel prelati ecclesie adversantur Cristo in doctrina,[8] vita et moribus, non mirum, si ex hoc et isto dicto Petri in consciencia vel peccato animi sint[9] gravati. Si autem perversi sint in mercenarios et[10] lupos,[11] non mirum, si laniando et spoliando oves ab ovili domini sint[12] dispersi. Et hec creditur racio, quare secta saracenica, que est hodie longe maior[13] quam secta cristiana, a cristianismo cecidit.[14] Non dubium, quin pastorum superbia et[15] cupiditas altrinsecus[16] est in causa.

Et eadem est causa casus secundi, quare Greci a nominetenus fidelibus sunt divisi.[17] Creditur tamen, quod nostri occidui, qui sunt nimis maniaci,[18] divisi sunt a grecis fidelibus et[19] fide domini Iesu[20] Cristi.

Hec eciam est tercia causa, quare papis aspirantibus ad dignitatem istam cesaream[21] popul*(i)*,[22] adherentes ipsis, ab unitate fidei sunt divisi. Non dubium, quin error consistit in ipsis pastoribus, qui debent in moribus sequi Cristum. Sed[23] quis eorum est, qui vitam suam corporalem ponit pro ovibus, quin[24] pocius vitam cor-

---

CAP. VIII. [a] *v. 21*

---

[3] inquit *ACD* in quid *B* [4] *in D is add. below the col.:* Cristus passus est pro nobis *D*[3] [5] pro nobis *AB* *om. CD* [6] passus est *A* vixit *CD* *om. B* [7] dire *ABC* dure *D* [8] *in D is add. below the col.:* Prelati adversantur Cristo *D*[3] [9] sint *AB* sunt *CD* [10] et *A* vel in *B* vel *CD* [11] *in D is add. below the col.:* Perversi sunt in lupos *D*[3] [12] sint *AB* sunt *CD* [13] hodie longe maior *ACD* hodie maior *B*, *but B*[1] *has add. in mar.* longe [14] cecidit *ABC* occidit *D* *in A is add. in mar.:* Quare secta saracenica a cristianismo cecidit et sic de grecis fidelibus divisis a nominetenus fidelibus *A*[3] [15] et *A* atque *BCD* [16] altrinsecus *BCD* altrisentis *A,E* [17] *in D is add. below the col.:* A Grecis divisi sunt *D*[1] [18] maniaci *ABC* numerati *D* [19] et *BCD* ex *A* [20] Iesu *ACD* nostri Iesu *B* [21] *in D is add. below the col.:* Ad dignitatem aspirantes cesaream *D*[3] [22] *all codd. read* populo [23] sed *A* si *BCD* [24] quin *ABCD* quando *E*, *cp. cap. IX, note 22; X, 18*

poralem ovium ponunt pro suis superbiis ac avariciis tamquam lupi. Ymo, qui videntur pastores laudabiles, sunt mercenarii, temporale stipendium et non beatitudinem pro sua custodia expectantes. Ipsi autem videntes adventum lupi rapacis, fugiunt ut vecordes, cuius causa est indubie, quod non sunt fundati in fide, spe et caritate, ‖ A fol. 243a sed in amore temporalium ut mercenarii non mercedem beatitudinis expectantes. Ideo talis mercenarius non est pastor, nec habet oves proprias, cum pro sua[25] custodia premium beatitudinis non expectat; patet tota[26] ista sententia Ioh. decimo.[b]

Sed fideles credunt unionem ecclesie sub[27] uno ovili et uno pastore ante diem iudicii vel post in beatitudine,[28] quia iuxta dicta superius[c] divisio sectarum in fide et moribus necessario[29] est ad unitatem in mercede beatitudinis vel pene finaliter[30] reducenda.

Unde quidam fideles publicant in wulgari, quod, sicut bonum esset, habere papam,[31] qui sequeretur[32] Cristum et Petrum in moribus et doctrina, sic malum esset, habere papam, qui in hiis duobus foret pastoribus istis[33] contrarius.

Secundo dictum est, si papa adversatur istis pastoribus in vita, moribus et doctrina, tunc est precipuus anticristus. Istud autem possunt fideles cognoscere ex fructibus, qui proveniunt[34] ex suis laboribus. Et comperto, quod pastores isti sophistici sunt taliter anticristus,[35] tunc sunt tamquam dyaboli detestandi, quia episcopus animarum Iesus Cristus, in celis residens, est caput vivax tocius ecclesie militantis.[36]

Tercio dictum est, si cristiani adorent huiusmodi anticristum,[37] ac si fuerit verus Cristus, tunc dyabolus per hoc habet desideratum medium ad seducendum populum ad infernum.[38] Ideo cum ex fide I. Cor. quarto[d] et undecimo[39e] nemo debet sequi in moribus Petrum,

[b] *v. 1—15* [c] *cp. above cap. II* [d] *v. 16* [e] *v. 1*

[25] sua *BCD* suo *A* [26] tota *ACD* *om. B* [27] sub *BC* super *AD* [28] *in A is add. in mar.:* Quando erit unus pastor et unum ovile *A*[3] [29] necessario *AD* necesse *BC* [30] finaliter *ACD,B*[1] *in mar.* fideliter *B* [31] *in D is add. below the col.:* Bonum est habere papam *D*[3] [32] sequeretur *BCD* sequetur *A* [33] istis *ABC* *om. D* [34] proveniunt *ABC* proveninuit *D (a corr. word, probably* proveniunt) [35] anticristus *ABCD* anticristi *E* [36] *in D is add. in mar.:* Caput Cristus *D*[2] [37] *in D is add. in mar.:* Adorare anticristum *D*[3] [38] infernum *BCDE* inferum *A* [39] et undecimo *BCDE* et 11° *(cr. out) A*

Paulum vel aliquem cristianum, nisi de quanto ipse sequitur dominum Iesum Cristum, patet, quod error istorum ficte pastorum deviancium positus est in signum, ut fideles ab eis fugiant et sequantur dominum Iesum Cristum. Nescio contradicere isti sentencie, cum sit propinqua fidei cristiane.

CAP. IX.

Superest scrutari profundius errorem in isto principio,[1] ut caucius caveatur.[2] Dicitur enim, curiam illam statuere sibi pro regula, quod papa, qui sit summus Cristi vicarius in terris, a cardinalibus eligatur.[3]

Videtur autem error in isto principio multas[4] sequentes hereses parturire. Cristus enim, verus deus et homo, ex summa sapiencia elegit sibi duodecim[5] apostolos, et ex fide cardinales non possunt equiparari in isto ipsi[6] sapiencie increate. Ergo stulta presumpcio[7] foret, hoc sine evidencia fidei attemptare. Quando ergo papa non est sufficiens ad eligendum sibi cardinales loco[8] apostolorum, multo magis ipsi cardinales non sufficiunt, sine errore papam eligere tam-
A fol. 243b quam Cristum. Et confirmacio || istius est ex hoc, quod[9] multi pseudocardinales sunt electi per eleccionem istam stolidam, qui postmodum multum onerant ecclesiam et conturbant.[10]

Et idem patet in defectu[11] de eleccione erronea istorum paparum duorum; que eleccio non potest subterfugi fuisse erronea[12] secundum[13] utramque vel[14] alteram sui[a] partem. Et verisimile est multis, quod partes dividentes ecclesiam totam occiduam, swadentes

CAP. IX. [a] *With ref. to this use of* sui, *cp. cap. VII p. 669:* post ascensionem sui, *cap. XIII p. 687:* sui cum illis societas *and frequently*

CAP. IX. [1] ˉprincipio *BCDE* p , ut *(sic) A, the passage is illegible in consequence of an erasure having taken place* [2] *in A is add. in mar.:* Si papa licite eligit 12 cardinales *A*[1] [3] *in D is add. in mar.:* De eleccione *D*[3] [4] multas *ABC* multos *D* [5] duodecim *ACD* 2cim *B* [6] ipsi *BCD* Cristi *A* [7] presumpcio *ACD* presupscio (cio *cr. out) B* [8] loco *BCDE* laco *A* [9] quod *ABC* quia *D* [10] conturbant *ABC* perturbant *D* [11] defectu *AB* effectu *CD* [12] *in D is add. in mar.:* Eleccio erronea duorum paparum *D*[3] [13] secundum *B* secundam *ACD* [14] utramque vel *AB* utramque partem vel *CD*

eleccionem sibi contrariam, fuisse erroneam, verum[15] dicunt, cum naturali instinctu homines desiderant[16] et consenciunt veritati. Et sic est verisimile, quod ambe elecciones paparum ad primatum huiusmodi[17] erant stulte; similiter non procedere in sibi ambiguo, ubi operacio securior et meritorior, magis patet, sed eleccio paparum per istos cardinales est ipsis ambigua, et operacio securior et meritorior est[18] a domino limitata.

Ergo eleccio illa est secundum dei prudenciam[19] dimittenda, et alia operacio, ut ewangelizacio, diccio oracionis dominice vel alia a[20] deo ordinata ad edificacionem ecclesie est humiliter amplectenda.

Nam iuxta principium fidei dictum a Hieronymo[21] et incorporatum in Decretis de Con. dist. quinta[b]: non mediocriter peccat, qui dimisso magis bono et magis facili elegit minus bonum. Sed quis dubitat, quin[22] recta ewangelizacio sit securior atque facilior quam pape talis eleccio? Ergo electores debent hoc maius bonum eligere et insecurum dimittere. Et ista videtur esse sentencia apostoli Rom. decimo quinto,[c] quando dicit: non enim audeo aliquid eorum loqui, que per me non efficit Cristus.

Numquid credimus istos electores cognoscere, quod Cristus ad edificacionem ecclesie elegit[23] hunc in[24] papam? Videtur ex facto apostolorum post missionem spiritus sancti contrarium. Nam ipsi

[b] *i. e. in Decretis, de Consecratione, Dist. V. The passage is to be found Corp. iur. can., Decr. p. III de Consecratione, dist. V., cp. 24; it runs as follows: Mediocre bonum non est magno praeferendum. Item Hieronymus (in regula monachorum ex Hieronymo collecta — Polycarpus l. 3 t. 25): Non mediocriter errant, qui bono magno praeferunt mediocre bonum. Nonne rationabilis homo dignitatem amittit qui vel ieiunium caritati aut vigilias praefert sensus integritati, ut propter abstinentiam immoderatam atque indiscretam psalmorum vel officiorum decantationem aut amentiae aut tristitiae notam incurrat? etc. — Cp. Corp. iur. can., Lpzg. 1879, I, 1418* [c] *v. 18*

[15] verum *AB,C²* *in the text, C¹ in mar.* unum *CD* [16] desiderant *AD* considerant *C* desiiderant *B* *this orthography is peculiar to B, cp. also* consiiderare, hiistoriacam *and some others* [17] huiusmodi *ACD* huius *B* [18] est *ABCD,E¹* *in mar.* *om. E* [19] prudenciam *ABD* prudencia *C* [20] a *BCDE,A¹* *in mar.* *om. A* [21] Hieronymo *ABC* Cristo *D* [22] quin *ABCD,E¹* *in mar.* quando *(sd.) E* [23] elegit *ABC* eligit *D* [24] in *ACD,B¹* *corr. into the text* *om. B*

eligendo Matthiam non audebant istud presumere, sed miserunt sortem super Matthiam et Ioseph, et cecidit sors super Matthiam, ut patet Act. primo.[d] Que ergo prudencia est, quod iste cetus cardinalium est Paulo et istis apostolis in eligendo hunc summum Cristi vicarium, quem fingunt esse superiorem Matthia, audacior? Revera videtur, quod sit[25] irregularis eleccio et frontosa.[26]

Similiter ecclesia Cristi posset regulari prospere[27] et quiete sine tali papa,[28] ut patet de tempore ab ascensione usque ad dotacionem ecclesie. Ergo cum nec racio nec auctoritas eleccionem huiusmodi *A fol. 243c* introduxit, videtur, quod || pape talis eleccio et potestatis sue libracio[29] sint[30] contrarie racioni. Et hoc patet ex facinore, a papis precedentibus[31] pullulante.[32] Capit enim papa supra suam noticiam atque potenciam regulam ad regendum totam ecclesiam militantem,[33] cum nunc supponunt,[34] quod vita sua et mandatum suum sit regula cunctis fidelibus ad viandum.

CAP. X.

Ex istis lucescit error pullulans ex errore isto temere in ecclesiam introducto; nam ex dignitate presumpta papali fides catholica est sopita[1] et fides dyabolica[2] introducta.

Nam hodie capitur tamquam fides, quod non est possibile, papam manentem papam errare in moribus et specialiter in fide catholica,[3] quia capitur tamquam regula, quod si papa quidquam[4] diffinierit, tunc erit fides et sic[5] infinita de privilegis, indulgenciis

[d] v. 26

[25] sit *ABCD,E[1] in mar.* *om. E* [26] *in E is add. above the col.:* Eleccio pape unde redditur insecura et periculosa *E[2]* [27] prospere *ABDC[1]* *in C there is a lakuna* [28] *in A is add. in mar.:* Regulari potest ecclesia sine papa *A[3]* [29] libracio *ABC* liberacio *D* [30] sint *ACD* sit *B* [31] precedentibus *ABD* procedentibus *C* [32] pululante *ABC* pululantem *D* [33] eccl. militantem *ACD* eccl. introducto nam ex dignitate presumpta *(from* int. *ud.)* militantem *B, the scribe got into the wrong line, cp. commencement of cap. X* [34] supponunt *A* supponitur *BCD*

CAP. X. [1] *In D is add. below the col.:* Ex dignitate presumpta fides est sopita *D[3]* [2] dyabolica *ABC* dyaboli *D* [3] *in D in mar.:* Papa non errat *A[1]* [4] quidquam *ABC* quemquam *D* quidquid *C[2] in mar.* [5] sic *CD* *om. AB*

et[6] excommunicacionibus et censuris aliis capiuntur a simplicibus tamquam fides, et cum certum sit, quod[7] papa sit vir temptabilis, et a multis dyabolis assidue est temptatus, nec[8] est deus necessitatus, electoribus istis condescendere, dando isti pape graciam et virtutem, patet, quod faciliter potest corruere in quamcunque[9] voraginem viciorum. Nam apostoli ut Petrus et ceteri in presencia magistri optimi in multa vicia corruerunt.[10] Quare ergo est[11] deus necessitatus[12] ad dandum huic pape graciam, qui preter eius auctoritatem in suum tam eximium vicarium est electus? Revera videtur, sic opinantes blaspheme innuere, quod apud Cristum sit necessario accepcio personarum, quod est contra apostolum ad Gal. secundo[a] et sepe alibi.[b]

Similiter cum superbia sit pes inducens in totam voraginem viciorum, et iste primatus contra mandatum domini sapit manifestam superbiam,[13] videtur, quod iste prelatus sit manifestissime labilis in peccatum. Nam Psalmo tricesimo quinto[c] dicitur: non veniat mihi pes superbie, et manus peccatoris non moveat me. Ex quo fideles eliciunt, quod superbia est primus pes,[14] per quem peccator a deo decidit, ut patet de Lucifero et aliis personis in ecclesia a deo apostatantibus.[15]

Et quantum ad manus peccatorum, ad varietates criminum excitantes, patet, quod papa ex suo presumpto officio ad diversitatem || consensus peccati multorum hominum est temptatus. Ubi *A fol. 243d* enim Cristus noluit ex sua omnisciencia esse iudex vel divisor bonorum fortune,[16] ut patet Luc. duodecimo,[d] papa capit supra[17]

CAP. X. [a] *v. 6* [b] *cp., for instance, Deut. 10, 17; II Chron. 19, 7; Job 34, 19; Ecclesi. 35, 16; Acts 10, 34; Rom. 2, 11; I Pet. 1, 17* [c] *cp. Ps. 36, 12* [d] *v. 22—29*

[6] et *A* de *B* *om. CD* [7] et cum cert. sit quod *A* et tamen certum est cum *BCD* [8] nec *ABD* ut *C* [9] quamcunque *ACD* quantamcunque *B* [10] *in A is add. in mar.:* Petrus et ceteri in presencia magistri optimi in vicia corruerunt *A*[3] [11] est *AB* *om. CD* [12] qua. er. est de. nec. *A* qua. er. de. est. nec. *B* qua. er. de. nec. *CD* [13] *in D in mar.:* Primatus sapit manifestam superbiam *D*[3] [14] *in A in mar.:* Pes primus est superbia *A*[3] [15] apostatantibus *BC* apostotantibus *AD* [16] *in A is add. in mar.:* Papa dividens beneficia errat *A*[1] [17] supra *ACD* super *B*

se, esse iudex vel divisor omnium beneficiorum ecclesie propter lucrum, nec dubium, quin[18] papa non habet generaliter scienciam, quin dat consensum multis dyabolis in particione huiusmodi sic presumpta.[19] Que ergo fides, quod iste papa peccare non poterit?[20] Et si dicatur, quod peccare non poterit manens papa, eque evidenter vel evidencius nullus predestinatus peccare poterit manens in gracia.[21] Hoc enim patet ex famosa significacione terminorum[a] fidei,[22] sed iste terminus papa et hec sompniata sentencia non sunt fundata ex racionibus vel scriptura.

Similiter ut fides capitur, quod papa sit pater[23] sanctissimus et caput ecclesie in tantum, quod, ut experimento didici, negans istam sentenciam erit tamquam hereticus persecutus. Sed certum est, quod nec papa in persona propria nec ecclesia[24] conversans cum illo, cui non sit revelacio, scit,[25] si predestinatus fuerit vel prescitus et per consequens, si sit membrum ecclesie vel dyabolus incarnatus. Quomodo ergo perversa est in fidem[26] ista presumpcio, quod papa necessario est salvandus et errare non[27] poterit in agendis. Ista quidem blasphemia acueret dyabolice multos homines, ut sint pape, quod[28] possint[29] credere istam heresim, quod postmodum errare non poterunt[30] vel peccare. Sed colligat papa cum suis cardinalibus et aliis Cristi fidelibus sensum suum et videat, si papa potest esse contrarius Iesu Cristo, videat, si revelacionem habuerit de futuris contingentibus sibi ipsi, si[31] alium papam adversantem sibi cum suis consencientibus excommunicare poterit et e contra, ymo generaliter, si dando indulgenciam[32] vel fulminando censuram conformis fuerit deo suo.

[a] *cp. above p. 176 ff.*

[18] quin *ABCD* quando *E*, *cp. cap. VIII*, 24; *IX*, 22 [19] presumpta *AB* presumptam *CD* [20] *in D is add. in mar.:* Que ergo fides *etc.* — poterit D^2 [21] *in A is add. in mar.:* Papa non potest peccare manens papa A^1 [22] ex fam. sign. term. fi. *AB* ex famoso sermone ter. fi. *C* e scenoso sermone dominorum fi. *D* [23] pater *ABC* *om. D* [24] nec ecclesia *AB* nec eciam eccl. *D*, (eccl. *sd.*) *C* [25] scit *E* nescit *A*, *but* ne *cr. out by* A^1,*BCD*,E^1 *in mar.* [26] fidem *ABD* fide *C* [27] non *ABCD* *om. E* [28] quod *CDE*,A^1 *in mar.* quia *AB* [29] possint *AB* possunt *CD* [30] poterunt *ABC* potuerit (?) *D* [31] si *ABC* scilicet *B* [32] indulgenciam *ABC* sentenciam indulg. *D* sentenciam C^1 *in mar.*

Que ergo certitudo, quod papa tam stolidus errare non poterit vel peccare! Numquid credimus partiri poterit beneficia ecclesiastica imperitis[33] propter primos fructus vel aliud munus, quod[34] expresse sapiat symoniam? Numquid Simon Magus[35] propter mentem peccatis infectam et recessum ab imitacione Cristi eximitur, ne committere poterit[36] symoniam? Numquid ille terminus aut officium illud ‖ sine Cristi licencia introductum[37] facit ista miracula[38]? | *A fol. 244ª*

Revera si vite Cristi sit manifeste contrarius, est evidens, quod sit dyabolus, cum Matth. decimo sexto[39] docet fides, quod Petrus, ut videtur, pia intencione et simplici dicens[40] Cristo: absit hoc a te, domine, vocatus fuit sathanas[41] ab ipsa veritate: vade, inquit Cristus, post me, sathana.[f] Et indubie si perseverasset finaliter[42] in illo proposito adversarius[43] Cristo in sua[44] voluntate, ut ceperat Petrus, fuisset dyabolus condempnandus. Numquid credimus, papas aliquos adversantes Cristo in sua voluntate in illa adversancia[45] interire[46]? Multi possunt credere, quod multi pape possunt superbia indurari tamquam dyabolus et mori in tali adversancia, quam taquam sathanas adversantur[47] domino Iesu Cristo.

CAP. XI.[1]

Quidam autem ex fide scripture in practica sancti[2] pape eliciunt duodecim casus, in quibus papa est contrarius Iesu[3] Cristo,[4]

---

[f] *v.* 22—23

---

[33] imperitis *ACD* imperitus *B* [34] vel aliud munus quod *AC* vel al. minus quod *B* vel ad munus aliquod quod *D* [35] magus *ABCD* magnus *E* [36] poterit *ABC* posset *D* [37] introductum *ABC* introductam *D* [38] ista miracula *ABD* ista *(cr. out & ud.)* miracula ista *C, but transposed by marks, therefore* ist. mir. [39] 16° *ABD* 10 *C* [40] dicens *ABD* dicere *C* [41] *in D is add. in mar.:* Petrus vocatus fuit Sathanas *D*[3] [42] finaliter *ABCD* dyabolus condempnandus *(ud.)* finaliter *E, the copier got into the wrong line, deceived by* fuisset [43] adversarius *A* adversans *BCD* [44] sua *CD om. AB* [45] adversancia *BCD* adversitate *A* [46] interire *AB* in terris *CD* [47] adversantur *B* adversaretur *AC* adversatur *D*

CAP. XI. [1] *From this chapter on to the end of the Tract, cod. III. G. 16., δ, fol. 36ª (of the Univ.-Library at Prague) contains our text. Its title (written by the texthand) runs thus:* Capitulum undecimum ex tractatu wikleff de cristo

quod, si moritur sic[5] Cristo contrarius, est indubie sathanas atque dyabolus.[6] Nam iuxta interpretacionem nominis anticristi ille, qui est Cristo contrarius in vita et doctrina, est ut sic anticristus. Quod si pape magis hoc conveniat, tunc indubie est precipuus anticristus, quia, licet dixerit, quod sit immediatus Cristi vicarius, tamen Matth. decimo[a] dicit Cristus: inimici hominis domestici eius. Ideo si in vita et doctrina[7] sit Cristo magis contrarius, tunc est Cristo precipuus inimicus et per consequens peior dyabolus conversans cum hominibus et precipuus anticristus.

Primo, inquam, ubi Cristus est veritas, ut patet ex fide Ioh. decimo quarto,[b] papa dicitur esse principium falsitatis, et ut sic Cristo contrarius. Dicitur autem seminare mendacia in verbis, scriptis et vita; in verbis quidem, quia dicit ex suo officio, se propinquissime sequi Cristum tamquam eius verum vicarium, dum tamen sit a Cristo in moribus maxime elongatus. Aliter enim non palliaret suam excellenciam seducendo populum, quomodo veniret in nomine crucifixi, ut Cristus prophetat[8] Matth. vicesimo quarto[c]: multi, inquit, venient[9] in nomine meo, dicentes, quia ego sum Cristus, et multos seducent.

Et si scriptis attendimus, videat homo scripta apostolorum, que ex fide sunt scripta domini Iesu Cristi, et scripta papalia, cuiusmodi sunt bulle et decretales epistole, et potest percipere, quo- *A fol. 244b* modo in sentencia non concordant, cum scripta papalia dicunt mundanam excellenciam, scripta autem ewangelica insinuant humilem[10] fugam mundi.

CAP. XI. [a] *v. 26* [b] *v. 6* [c] *v. 5*

et suo adversario Anticristo. Et tractatus ille incipit sic Secundum catholicos ecclesia est predestinatorum universitas. *This long title fills two (shortened) lines; in the third line the text begins:* Quidam *etc.; to the left above* Quidam *is add. byt he texthand:* Capitulum undecimum. *All this, with the title of the fragment are written upon an erasure* [2] sancti *Aδ* fancti *(the* n *ud.) B* facti *CD* [3] Iesu *ACDE* domino Iesu *Bδ,E[1] in mar.* [4] *in A is add. in mar.:* Duodecim condiciones pape Cristo contrarie *A[1]* [5] sic *ABDδ* sit *C* [6] *in D is add. in mar.:* Papa contrarius Cristo *D[3]* in 12 casibus *D[1]* [7] vita et doctrina *ABδ* doctrina et vita *CD* [8] prophetat *ABδ* prophetavit *CD* [9] venient *ACDδ* veniunt *B* [10] humilem *ABδ* humiliter *CD*

Et quantum ad vitam, patet, quod Cristus et papa sunt directe contrarii, cum secunda[11] Cristi condicio fuit, quod ipse tenuit regularissime summam[12] pauperiem, ut[13] prophetatam est de ipso in veteri lege,[d] ut sentenciat[14] apostolus II.[15] Cor. octavo[e]: pro nobis egenus factus est, ut illius inopia nos divites essemus. Papa autem pretendit se et laborat ad hoc nimis illicite, quod sit seculo summe[16] dives. Cristus enim per pauperiem vicit mundum, ut patet Ioh. decimo septimo,[f] et ideo docet apostolus suus in epistola ad Titum,[g] quod abnegantes impietatem et secularia desideria sobrie et iuste et pie vivamus in hoc seculo. Ideo non mirum, si propter inhiacionem pape et suorum sacerdotum ad secularia desideria sit tota ecclesia militans perturbata.

Et tercio Cristus fuit homo mitissimus et mansuetissimus, ut patet Matth. undecimo[17][h]: discite a me, quia mitis sum et humilis corde; et eius mansuetudo declaratur capitulo duodecimo[i] ex testimonio Iesaie.[k] Papa autem dicitur esse homo superbissimus et crudelissime vindicativus, quia, dum deficit sibi potestas brachii secularis, ficte[18] simulat censuras excommunicacionis, et indulgencias[19] fingit cunctis, qui ipsum super hostes suos[20] voluerint[21] vindicare, ut patet[22] de cruciata[l] nuper[23] erecta contra antipapam, qui videtur pape nostro pretenso plus humili adversari. Et sic verificatur de ipso condicio anticristi, ubi[24] Cristus dicit Ioh. decimo[m]: ego sum

---

[d] *cp. Zach.* 9, 9 [e] *v.* 9 [f] *v.* 14 [g] *cp.* 2, 12 [h] *v.* 29
[i] *v.* 17—18 [k] *vgl.* 42, 1 [l] *the Crusade (the passage:* laborantibus in illa cruciata *seems to show that the preparations for the campaign, the papal ordinances etc. are over and that the actual war has begun already) took place from the middle of May 1383, Walsingham, Hist. Angl. II, 88; according to Knighton, col. 2672, 44 in June 1383*
[m] *v.* 11

---

[11] secunda *ABCδ* eciam *D* [12] summam *ACDδ* summe *B* [13] ut *ACDδ, B¹ in mar.* *om. B* [14] sentenciat *BCDδ* senciat *A* [15] 2ª *A* *om. BCDδ* [16] summe *ABCDδ* sume *E* [17] 11° *A*, et 12° *is erased, but still legible, E reads therefore* 11°, *but E¹ has added* et *after* 11° *and in mar.* 12 11° et 12° *BCDδ* [18] ficte *ABδ* suas ficte *CD* [19] indulgencias *ABCδ* indulgenciis *D* [20] suos *ABδ* *om. CD* [21] voluerint *ABCδ* voluerunt *D* [22] patet *E¹ in the text* papa *ABCDEδ* [23] nuper *ABCD* muper *δ* [24] ubi *A* quod ubi *BCDδ*

pastor bonus,[25] et annectens proprietatem boni pastoris dicit[n]: bonus[26] pastor animam suam ponit pro ovibus suis; e contra iste papa, qui videtur melior, pro sua[27] vita superba, quam[28] continuat contra Cristum per fictam suam cruciatam, ponit multa milia animarum. Nec possit[29] patere patencior condicio anticristi, quia verisimile[30] est, quod illis laborantibus in illa cruciata defecerunt fides, spes et caritas, et sic tam in corpore quam anima[31] sunt occisi, licet anticristus evasit[32] per suas fallacias contra Cristi humilitatem et mititatem[33] populi[34] seductivas.[35] Quid, rogo,[36] esset expressior condicio contra Cristum, quam, ubi ipse[37] animam suam pro multis posuit eciam inimicis, papa animas multorum fide-| *A fol. 244c* lium amicorum Cristi ponat[38] non solum pro suo corpore, ‖ sed pro sua dominacione mundana, quam possidet[39] contra Cristum?

Quarto sic[40] sub anathemate gravi precepit ad Gal. primo[o] et sepe alibi, quod non adderetur aliquid impertinens vel contrarium legi sue, cum lex sua sit per[41] se sufficiens secundum Augustinum continens singulas veritates. Papa autem dicitur condere multas leges, que distrahunt a noticia legis Cristi et sapiunt[42] crudelitatem multiplicem personarum, ut periti eliciunt de penis repugnancium cardinalibus, plus punitorum, quam senciunt, penas esse gravandas contra ipsos, qui peccant graviter contra deum.[43] Et ista lex videtur[44] esse blasphema[45] illis, qui student istam materiam undique,[46] cum Cristus transeundo per Samariam

[n] *cp. John 10, 11* [o] *v. 8*

[25] *in A is add. in mar.:* Bonus pastor *A¹* [26] bonus *A* quod bonus *BCDδ* [27] pro sua *ABCD,δ¹ corr. into the text om. δ* [28] quam *B(!),CDδ* non *AE* quomodo *E¹, corr. from* non [29] possit *A* posset *BCDδ* [30] verisimile *ABCDδ,E¹ in mar.* visibile *E* [31] ani. *ABCD* in ani. *δ* [32] evasit *A* evaserit *BCD* evaserat *δ* [33] et mititatem *ADCD,E¹ in mar. om. E* mititatem *(a corr. word) δ* [34] populi *ABDδ* papali *C* [35] seductivas *ABδ* seductas *CD* [36] rogo *illegible in E, there is a hole in the parchment* [37] ipse *ABCD* Cristus ipse *δ* [38] ponat *ABCD* ponit *δ* [39] possidet *ABCD* posset *δ* [40] sic *BCDδ* sicut *A* [41] per *ACBδ* pro *D* [42] sapiunt *ABCD* sapiumt *δ* [43] deum *ABCδ* Cristum deum *D* [44] videtur *ABCDδ,E¹ in mar. om. E* [45] blasphema *A* blasphemia *BCDδ* [46] undique *ACDδ* undiquamque *B,E¹ in mar.* undiquam *(sd.) E*

noluit negantes[47] sibi atque suis prandium et hospicium propterea cruciari,[48] ut patet Luc. nono[p]: nescitis, inquit, cuius spiritus[49] estis? Filius enim[50] hominis non venit[51] animas perdere, sed salvare. Papa autem dicitur crudeliter multas animas perdere, numquid ipsum credimus propterea anticristum?

CAP. XII.[1]

Sequitur propter fructum istius materie videre alium quaternarium,[2] in quo Cristus est contrarius anticristo.

Primo in servicio discipulis[3] limitato. Cristus enim precepit suis discipulis, ut irent in orbem universum et predicarent ewangelium omni creature, ut patet Marc. ultimo,[a] anticristus autem in persona propria et in suis discipulis servat contrarium. Nam quoad personam propriam vel residet in sumptuoso castro, edificato furtive de bonis pauperum, vel fugit latenter ut latro de loco in[4] locum, non audens erigere caput proprium[5] propter hostes. — Et quoad suos discipulos, patet ex regula sibi subdita, vel facit suos episcopos in castris[6] dominorum temporalium residere, vocans totum hoc[7] furtive conquestum patrimonium crucifixi, vel claustrales suos includit in claustro ipsos impediens, ne predicent libere ewangelium creaturis. Et sic utrobique adversatur monitis[8] domini Iesu Cristi.

Nam quidam papa[b] residet tamquam alter[9] Cozdre[10][c] in castro

---

[p] *v. 55*

CAP. XII. [a] *v. 15* [b] *Clement VII.* [c] *Kosru (Chosroes) II., a Sassanid and Nestorian, being engaged in continuous and victorious wars*

---

[47] negantes *ABCδ* ne gentes *D* [48] pro. cru. *ABδ* cru. pro *CD* [49] cuius spiritus *ABCδ* cuius *(sd.)* quid aut cuius spiritus *D* [50] enim *ABδ* *om. CD* [51] venit *ABCδ* wlt *D*

CAP. XII. [1] *In δ there is no division into chapters* Sequitur *etc. follows closely after* anticristus *in the same line; in the left margin* cap. 12m [2] *in A is add. in mar.:* De quaternario *A*[1] [3] *in E* discipul, *also* enim pre *and* ut irent *which follow shortly afterwards are wanting on account of the hole, see cap. XI, 36* [4] in *ABCD* ad *δ* [5] proprium *ABδ* suum *CD* [6] castris *ABDδ* castro *C* [7] hoc *BCDEδ,A*[1] *in mar.* *om. A* [8] monitis *ABDδ,C*[1] *(inserted in the blank left by C)* [9] alter *ABδ* altis *C* alc(*? t*)is *D* [10] Cozdre *AB* cosdree *C* casdree *D* Cosdre *δ*

Avinonie,[11] et quidam in castro Rome vel alibi,[d] ewangelizacione ubilibet pretermissa. Et iudicet fidelis, utrum in hoc sequitur Iesum Cristum. Nam Cristus elegit capi in orto,[e] ut patet Ioh. *A fol. 214d* duodevicesimo[f] et perante circuivit pedester || per[12] patrias ewangelizans gratis hominibus[13] regnum dei, nec timuit capcionem suorum hostium, ut patet de Scarioth, ministris pontificum et phariseorum, sed eis gratis se obtulit, continue benefaciens inimicis, ut patet duodevicesimo,[14g] ubi supra.

Et cum papa non[15] intrat secundum istam formam in ovile ovium, sed ascendit aliunde, patet ex testimonio Cristi, qui mentiri non poterit, Ioh. decimo,[h] quod sit realiter fur et latro.[16] Bona ergo, que capit de pauperibus ad edificandum castra talia et ad faciendum genus suum inclytum, furatur de pauperibus tamquam latro. Et quoad claustrales, quos secundum legem suam incarcerat, patet idem. Nam totum hoc facit ex mendacio, non consenciente domino capitali, et per consequens omnia bona ista rapit de pauperibus ut fur et latro. Sed quis posset esse in hoc magis contrarius Iesu Cristo?[17]

Secunda condicio anticristi[18] Cristo[19] contraria stat in isto, quod Cristus auffugit[20] seculariter dominari, anticristus autem cupit[21] in hoc specialiter extolli supra dominum Iesum Cristum, quia fingit mendaci titulo, quod extollitur seculariter super quodlibet regnum mundi, ac si dyabolus sibi concederet illud, quod Cristus renuit

---

with East-Rome advanced in 616 as far as Chalcedon, but after having persecuted in his new provinces the catholic christians with terrible cruelty he was totally defeated in 628 by the Emperor Heraclius [d] *Urban VI.* [e] *i. e.* horto — *all the codd. read* orto (*?* orco) [f] *v. 1 ff.* [g] *John 18, 25—27* [h] *v. 1*

---

[11] avinonie *ABδ* avinione *CD* [12] per *ABCD* *om. δ* [13] hominibus *ABCD* *om. δ* [14] 18 *ABE* Joh. 18 *CD* Johann. 8vo *δ* Jo. *E¹ in mar.* [15] non *ABCD* *om. δ* [16] *in A is add. in mar.:* Papa edificans castra realiter est fur et latro *A³* [17] posset e. in h. m. c. I. Cristo *ABδ* p. in h. m. e. c. domino I. C. *CD* [18] anticristi *ACDδ,B¹ in mar.* *om. B* [19] Cristo *Aδ* Iesu Cristo *B* exposicio *CD* [20] auffugit *ACDδ,B in mar.* *om. B* [21] cupit *AC* capit *BDδ*

capere a dyabolo tamquam contrarium legi dei, ut patet in temptacione Cristi tercia Matth. quarto.[i]

Et sicut magister istius dotacionis est mendax, sic et ista dotacio est ficticia[22] plena mendacio. Quis[23] enim dubitat, quin papa non sit dominus omnium bonorum religiosorum, tam possessionatorum quam mendicancium, licet ipse et sui cardinales legem constituant, ex qua cum[24] paribus istud sequitur manifeste? Ex istis infertur veritas istius dicti apostoli[25] II.[26] Thess. secundo,[k] quod anticristus extollitur supra Cristum. Cristus enim non[27] habuit proprium sibi humanitus, ubi caput suum cum discipulis reclinaret, ut patet Matth. octavo.[l] Iste autem anticristus fingit contrarie, quod dominatur[28] sic supra[29] omnia regna mundi, quod[30], si fratres ipsum vere constituant dominum supra[31] omnia bona sua in Anglia, non dubium, quin exinde dominaretur — quod absit — capitaliter super bonis omnibus regni nostri, quia sine regis licencia acciperet[32] dominium super omnibus istis bonis et per idem dominium super omnibus bonis ecclessie nostre per reges dotate. || Sed quomodo foret cum isto[33] rex noster nisi subregulus[34] subditus[35] anticristo, quia, antequam fratres vel religiosi possessionati istud capitale dominium sibi[36] dederant, fuit apud deum racionabile, quod ipsum[37] haberet. Et per consequens ex titulo voluntatis divine habuit ius ad illud et sic ad omnia bona regni.[38] || *A fol. 245a*

[i] *v. 10* [k] *v. 4* [l] *v. 20*

[22] ficticia *ABCD* ficticа *δ* [23] quis *ABDδ* quin *C* [24] cum *ABCD om. δ* [25] apostoli *ABCD om. δ* [26] 2a *ACDδ* 2o *B* [27] non *ABCD,δ*[1] *corr. into the text om. δ* [28] dominatur *ABCD* dominetur *δ* [29] supra *ACDδ* super *B* [30] quod *A* quia *BCDδ* [31] supra *A* super *BCDδ* [32] acciperet *ABCD* acciperetur *δ* [33] isto *A(?),Bδ* iste *CD* [34] subregulus *ABδ* regiminibus *D* subregulis *C* [35] subditus *ACDδ* subditis *B* [36] sibi *ABCδ* non sibi *D* [37] ipsum *BCDδ* ipse *A* [38] regni *ABCD* regni sui *δ* —. *After* regni *in A is add. (by the texthand):* Mily boze neprze pussty ey toho nanasse czechy sprostne; *the same in E with slight orthographical alterations:* Myly boze neprze pusstiey toho nanasse zechi sprostne, *i. e. O good God, do not let come this man into our beloved Bohemia (Mily bože, nedopouštěj toho na naše prostne Čechi!) In all the other codices this patriotical and indignant exclamation of the scribe, who copied the Tract. is wanting.*

CAP. XIII.

Adhuc superest videre, quomodo papa in conversacione sua est contrarius Iesu Cristo.

Iesus[1] enim fovit et sustinuit seculare dominium et ipsum negavit suis sacerdotibus convenire, sed papa facit in isto contrarium, ergo in isto est contrarius Iesu Cristo. Cristus enim natus est in[2] tempore, quo dominium magis floruit, de quo tempore fuit propter[3] tranquillitatem[4] et pacem a domino prophetatum Iesaie secundo[a]: conflabunt gladios suos in vomeres et lanceas[5] suas in falces. Cristus eciam[6] gracia confirmacionis istius dominii dedit tributum cesari, ut patet Matth. decimo septimo,[b] ymo mandavit illa, que sunt cesaris, dari cesari, ut patet Matth. vicesimo altero.[7][c] Et in illo involucro[8] confirmavit secularia dominia subdominorum sub cesare dominancium. Unde nec in persona propria nec in suis apostolis quesivit[9] temporale dominium, nec fuit secularibus dominis nec suis tenentibus onerosus, ut patet de duobus Cristi conviviis et confessione multiplici sancti Pauli.

Papa autem videtur in omnibus istis esse contrarius,[10] primo, quia abstulit medietatem romani imperii, quod nec Cristus nec aliquis[11] eius apostolus acceptasset. Et sic de approbacione dominii cleri[12] dotati et mendicancium subdole dominium[13] seculare attenuancium, que omnia[14] papa gaudenter approbat et confirmat. Ideo cum idem sit, esse Cristo contrarium et contrarium factis[15] suis, videtur ex ista contrarietate papam esse patulum anticristum.

Similiter Cristus[16] elegit sibi discipulos simplices, ydiotas[17] et mundi pauperes, ut patet Matth. decimo,[d] et in introitu ad suam

CAP. XIII. [a] *v. 4* [b] *v. 27* [c] *v. 21* [d] *v. 1 ff.*

CAP. XIII. [1] Iesus *BCδ* in Iesus *A* Cristus *D* [2] in *ABDδ* *om. C* [3] propter *ACDδ* *om. B* [4] tranquillitatem *ABCD* tramquillitatem *δ* [5] lanceas *Bδ* lances *ACD* [6] eciam *ABCδ* enim eciam *D* [7] 22° *ACDδ* 20° *B* [8] involucro *ABCD* convolucro *δ* [9] quesivit *ABCDδ,E[1] in mar.* que sunt *(cr. out & ud.) E* [10] contrarius *ABC* Cristo contr. *Dδ* [11] aliquis *ABδ* quis *CD* [12] cleri *ABDδ,C[1] in mar.* talis *(ud.) C* [13] dominium *ABCDδ* dominum *E* [14] omnia *BCDδ* omnino *A* [15] factis *CDE,δ[1] (corr. from* sanctis) sanctis *AB* [16] Cristus *ACDδ* *om. B* [17] ydiotas *ABCδ* et idiot. *D*

religionem facit eos plus pauperes, ut patet Matt.[18] undevicesimo[e] et Luc. decimo quarto[f] illis dicit: omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus, que possidet, non potest meus esse discipulus. Papa autem eligit[19] sibi[20] plures quam duodecim cardinales, plus inclytos, callidos et astutos, et prius mundo abiectos elevat in falsos dominos urbis et orbis.[21] Aliter enim foret discipulus magistro nimis dissimilis et ex contrarietate foret || societas dissoluta, quia Ecclesiastici[22] || *A fol. 245b* tredecimo[g] dicitur: quid communicabit cacabus ad ollam? Quando enim se colliderint,[23] confringetur.[24]

Ex istis videtur,[25] quod papa habet affeccionem inclinatam mundo, et hinc[26] consentit et eligit, quod habeat tales socios sibi continue assistentes.

Similiter Cristus prohibuit suos ferire cum[27] gladio, sed pati ut ipse, cum potuit hostes suos, si voluerit,[28] faciliter superare, ut patet Ioh. duodevicesimo.[h] Papa autem dicitur d(*u*)cere[29] et conducere milites de bonis pauperum ad cumulandum sibi superfluitates stercorum et discipulos suos, qui severius exsecuntur illud officium, plus commendat, eciamsi cardinales fuerint,[30] et ad uberiorem promovet dignitatem. Sic, quod Cristo conversante nobiscum non foret sui cum illis[31] societas, quia secundum apostolum II.[32] Cor. sexto[i] non est communicacio Cristi ad belial, et secundum legem suam, quam[33] dat de David, tales pugnatores et viri sangwinum non sunt digni[34] sacerdocio regis pacis.

Ex istis practice declaratis declarari potest patencius, quod papa ad bella sic[35] provocans[36] sit patulus anticristus, quia ante incarnacionem et tempore sue nativitatis et post resurreccionem

[e] *v. 23 ff.* [f] *v. 26* [g] *v. 3* [h] *v. 11* [i] *v. 15*

[18] Mt.o *BDδ,E¹ in mar. om. ACE* [19] eligit *ACδ* elegit *BD* [20] sibi *ABCD om. δ* [21] et orbis *ABCD,δ¹ in mar. om. δ* [22] ecclesiastici *ABCδ* Genesis *D* [23] colliderint *ABDδ* colliserint *C* [24] confringetur *ABD* confringentur *δ* olla confringetur *C* [25] videtur *ABCD* patet *δ* [26] hinc *AB* sic *δ* habere *CD* [27] cum *ABCD om. δ* [28] voluerit *ABδ* voluerat *CD* [29] docere *AB* dare *CDδ* [30] cardinales fuerint *ABCD* cardinalis fuerit *δ* [31] illis *ABCD,δ¹ corr. into the text* cristus *(cr. out) δ* [32] 2a *D³ in mar. om. ABDδ* 1a *A¹(?) in mar., C* [33] quam *ACDδ* quomodo *B* [34] digni *ACDδ om. B* [35] sic *ABCδ* sit *DE* [36] provocans *BDδ* provocatus *AC*

Cristus pacem suis fidelibus commendavit. Sed cum inequa distribucio temporalium sit causa discordie et bellorum,[37] videtur, quod[38] papa, principians[39] tot dominia secularia in clero et auferens illa de seculari brachio, sit principium discordie et bellorum, et illa est condicio anticristo.

CAP. XIV.

Adhuc restat finaliter iuxtaponere[1] tres proprietates contrarias ex multis,[2] que conveniunt Cristo et pape vocato eius vicario.

Prima est, quod Cristus limitavit racionabiliter locum iurisdiccionis in Iudea: non sum missus, inquit, nisi ad oves, que perierunt[3] domus Israel, ut patet Matth. decimo quinto.[a] Quando autem visitavit Samariam, Tyrum et Sidonem vel terras alias, hoc fuit[4] figurative ad denotandum, quod gentes fuerunt postmodum in ovile domini convertende, et in istis terris convertit filios Israel. Papa autem vellet extendere suam iurisdiccionem per totam terram habitabilem, dum lucrum sibi saperet, quia per hoc creditur, quod mandavit angelis rapere spiritum care ementis hoc spirituale suffragium in numerum beatorum. Ymo si crederet, illud sonare[5] sibi in lucrum, vellet suam iurisdiccionem[6] extendere per vacuum infinitum. Verum tamen cum[7] in castro vel villa[8] parva || [9] vix vel numquam predicat iura Cristi, videtur, quod modicus locus iurisdiccionis sibi sufficeret.

| *A fol. 245c*

Sed triplex videtur causa huius extensionis fatue supra Cristum,[10] Petrum vel quoscunque alios apostolos Iesu Cristi. Primo, ut exteri ferant sibi copiosius pecuniam et in die iudicii commer-

CAP. XIV. [a] *v.* 24

[37] et bellorum *ABCD*, δ[1] *in mar.* et *(cr. out & ud.)* δ [38] quod *ABCD* *om.* δ [39] principians *ABCD* principans δ

CAP. XIV. [1] iuxtaponere *ABδ* imponere *CD* [2] ex multis *ACDδ* *om. B* [3] perierunt *ABCD* perierant δ [4] fuit *AB* fecit *CDδ* [5] sonare *ABCD* *om.* δ [6] *in C in the lower mar. of the fol. there is add. as a catchword:* vellet suum iurisdiccionem *C* [7] cum *BCDδ* tantum *A* [8] villa *ABCδ* in villa *D* [9] *from this col. on to the end of the chapter in the text of A the red commas of A*[1] *are discontinued; in cap. XV they reappear* [10] Cristum *BCDδ* Cristo *A*

cantes cum illo symoniace[11] contra suam maliciam contestentur. Secundo,[12] ut declaret[13] stultis evidencius immensitatem vel generalitatem sui dominii. Tercio,[14] ut vexet[15] fideles anxius[16] citando eos in tempore brevi, in quocunque loco ipsum esse contigerit.[17] Numquid credimus in hoc sequitur dominum Iesum Cristum? De Cristo quidem[18] legimus,[b] quod venit[19] per magnam distanciam ad[20] Iordanem baptizandus a[21] Iohanne, et Iohannes mirative dixit sibi: ego a te debeo baptizari, et tu venis ad me? Et Iesus ait: sine modo, sic enim decet nos implere omnem iusticiam. Papa autem ex tali crebra citacione contra dominum citando impotentes citatos[22] a domino ad locum contrarium pro eodem tempore per infirmitatem et[23] impossibilitatem ad in loco citacionis pape incognito comparendum ostendit condicionem patulam anticristi.[24] Cristus enim citat ad unum locum pro uno tempore, et ipse ad locum contrarium pro eodem. Cristus eciam non[25] permittit nos temptari ultra hoc, quod possumus,[26] ipse autem mandat nos[27] facere, quod non possumus. Cristus eciam numquam citat nisi ad beatitudinem vel medium ad eandem,[28] ipse autem citat ad infernum, posito, quod ex sibi dubio in tempore, quod ipse limitat, suus[29] spiritus fuerit[30] in inferno, sed Act. quinto[31c] dicunt apostoli[32]: obedire oportet magis deo quam hominibus.

Secundo Cristus dicitur homo mansuetissimus et maxime domesticus suis subditis ex hoc, quod iuxta dicta fuit homo humillimus. Sic enim venit Ierusalem sedens super asinam et pullum eius sine sella, dum discipuli posuerunt super ea[33] vestimenta sua et eum

---

[b] *cp. Matth. 3, 13 ff.* [c] *v. 29*

---

[11] symoniace *ACDδ* symoniaco *BE* [12] 2o *ABCD* 2a *δ* [13] declaret *Bδ* declararet *ACD* [14] 3o *ABCD* 3a *δ* [15] vexet *ABCDδ* vext *(sic) E* [16] anxius *ABCδ* anticristus *D* [17] contigerit *ACDδ* contingerit *B* [18] quidem *ABCδ* enim *D* [19] venit *ABCDδ,E¹*, *here a correction has taken place* vovit *E* [20] ad *ACDδ* in *B* [21] a *ABCδ* de *D* [22] citatos *ACDδ,B¹(?) corr. into the text* citos *B* [23] et *ABC* *om. Dδ* [24] anticristi *ACDδ,B¹ in mar.* cristi *B* [25] non *in B in mar.* [26] possumus *ABDδ* possimis *C* [27] nos *ABδ* nobis *CD* [28] eandem *BDδ* eandum *AC* [29] suus *ACDδ* finis *B* [30] fuerit *ACDδ* fuit *B* [31] 5o *ABCD* 1o *δ* [32] dicunt apostoli *Aδ* dicente apostolo *B* dicit apostolus *CD* [33] ea *ABC* eam *Dδ*

desuper sedere fecerunt, ut patet Matth. vicesimo primo,[d] et tunc impleta est prophecia de Cristo Sachar. nono,[e] quod venit Ierusalem mansuetus. Papa autem dicitur habere[34] cardinales et familiam nimis superfluam[35] ad onus ecclesie; et illi, cum equitant, habent || *A fol. 215d* sellas splendidas || et numerum[36] famulorum et equos ac[37] mulas cum apparatu alio omnino superfluo et tam ecclesie, qua[38] propter istam superfluitatem solverit, quam loco, cui ipse advenerit, omnimode oneros[*o*],[39] et tamen ex fide capimus, quod Cristus in loco, cui advenerat, infinite[40] efficacius seminaverat[41] iura dei.

Cristus eciam fuit domesticus suis apostolis, quod die cene sue implevit pelvim aqua et tunica se succinxit ac[42] lavit per ordinem pedes suorum apostolorum,[43] sed ubi mansuetudo vel domesticitas maior[44] posset esse? Papa autem dicitur monere cesares ad ducendum sibi frenum[45] tam superfluo apparatu et sedendo postmodum in solio facere magnos et dignos fideles pedes suos cum genuflexionibus osculari.[46] Sed que conveniencia Cristi ad belial?

CAP. XV.

Ultimo videtur, quod Cristus fuit summe domesticus ostendens suam inferioritatem[1] et summe fugiens lucrum seculi, papa autem videtur inter mortales candere luciferina superbia et cupiditate symoniaca.

Nam de Cristo legimus Ioh. octavo[a]: ego gloriam meam non quero, sed de papa dicitur, quod tota vita sua et gesta sunt[2] propter querendam gloriam huius mundi. Quare, rogo, propter

---

[d] *v.* 7 [e] *v.* 9

CAP. XV. [a] *v.* 50

---

[34] habere *ABCD* *om.* δ, *comes after* superfluam [35] superfluam *BCD*δ supfluam *A*, *the stroke through* p *is omitted by the scribe* [36] numerum *BE*δ mirum *(?) A* nimium *CD* [37] ac *AB*δ et *CD* [38] qua *E* que *ABCD*δ [39] omnimode onerose *CD*δ omnino deonerose *AB* [40] infinite *AE* infinitum *CD*δ infundabiliter *B,E*[1] *in mar.* [41] seminaverat *AB* seminaverit *CD*δ [42] ac *AB*δ et *CD* [43] apostolorum *AB*δ discipulorum *CD* [44] maior *BC(?),D,E*[1] *in mar.* amplior *A*δ*,E (ud.)* [45] *in* δ frenum vel equm *(the last two words are inserted in the text above* fre.) [46] *in D is add. in mar.:* Pape ducere equm et pedes osculare *D*[1]

CAP. XV. [1] inferioritatem *BCDE*δ inferioritate *A* [2] sunt *ACD*δ sit *B*

causam aliam consentiret vocari[3] pater sanctissimus, et per suos glosatores vocari deus mixtus, vel deus in terris, vel officium talis vicarie Cristi supra[4] omnes Cristi apostolos[5] acceptare, et de potestate incognita, concedendo privilegia et terrendo[6] inscios per fictas censuras ultra hoc, quod fecerunt Cristus et[7] sui apostoli se pompare?

Et sic ubi Cristus docet Matth. decimo[b]: gratis accepistis, gratis date, nichil datur a papa, eciam introitus ad suam locucionem,[8] nisi ematur palam vel abscondite, tacite vel expresse; et sic est de infinitis heresibus sue potestatis et operacionis,[9] quibus videtur multipliciter consentire. Quando autem papa noscit[10] et audit suos pseudoclericos dicere, quod nemo debet ipsum corripere, tunc[11] habet in scrinio sui[12] pectoris cunctas leges, et potest tam verbo quam opere cum cunctis conditis[13] legibus dispensare,[14] ymo cum lege dei ac articulis fidei, cum potest cuncta talia innovare.

Et sic dicunt sui pseudodiscipuli,[15] quod gravius est, in legem[16] suam vel precepcionem offendere[17] quam offendere in monita Iesu Cristi, quia papa, qui peccare non poterit, gravius punit ista. || *A fol. 246a* Potest enim quemcunque sibi contradicentem diffinire, publicare[18] esse hereticum et postmodum tractare ipsum penaliter, quomodocunque[19] ipse[20] cum suis cardinalibus[21] voluerit adoptare[22] et quantumcunque[23] inhabilem pure ex bullis suis habilitare, quod indubie, si Cristus poterit, foret personarum accepcio apud deum.

[b] *v. 8*

[3] vocari *ABCδ* honori *D* [4] supra *ABCD* super *δ* [5] apostolos *ABCDδ* vicarios *(ud.)* apostolos *E* [6] terrendo *ABCDδ* terrenendo *E* [7] et *AB* vel *CDδ* [8] locucionem *CDδ,E¹ in mar.* locacionem *ABE* [9] operacionis *CDEδ* opinionis *B* operonis *A (graphical error)* [10] noscit *ACDEδ* non scit *B* [11] tunc *A* cum *BCDδ* [12] sui *ABCD* suis *δ* [13] conditis *ABCD om. δ* [14] *in D is add. in mar.:* Dispensare cum lege *D¹* [15] sui pseudodiscipuli *AB* pseudo sui disciuli *CD* suo pseudo disc. *δ* [16] in legem *ABCD om. δ* [17] offendere *ABCD* suam offendere *δ* [18] publicare *ABCD* et *(corr. into the text by δ¹)* publicare *δ* [19] quomodocumque *ABDδ* quocunque *E, the compendium above* quo *has been forgotten by the copier* cum *(ud.)* quocunque modo *C* [20] ipse *ABCδ* non ipse *D* [21] cardinalibus *ABCδ* cardinalis *D* [22] adoptare *ACδ* adaptare *BD* [23] quantumcunque *ABδ* quemcunque *C* quomodocunque *D*

Multe sunt tales blasphemie, quas cecati non percipiunt, et fideles non audent, propter penam ecclesie publicare. Et sic, sicut status vel officium videtur suum superfluum,[24] sic status sectarum[25] quatuor cuiuslibet membri sui. Nam quantum ad privilegia vel opera quecunque, que fingit[26] se facere, vel sunt utilia vel nociva. Si sunt utilia, tunc sunt prius[27] racionabilia apud[28] deum, et per consequens sine empcione sue licencie factibilia[29] absque periculo. Si autem sint[30] nociva, tunc non sunt per fucum[31] sue licencie facienda.

Istas autem condiciones duodecim tetigit fidelis quidam,[c] sperans in domino, ut vel sic securius imitetur[32] Cristum et fugiat[33] anticristum. Nam fides edocet, quod nemo sequatur papam,[34] nisi de quanto ipse imitatur Iesum[35] Cristum, nec papa obedienciam vel limitacionem plurem[36] appeteret, cum fides apostoli et patens racio fidei hoc testantur.[37] Nam Ioh. decimo[d] dicit Cristus: si non facio opera patris mei, nolite michi credere, et I.[38] Cor. quarto[e] et undecimo[39] [f] dicit suus apostolus[40]: imitatores mei[41] estote, sicut et ego Cristi. Nam si amplius deberet[42] aliquis cristianum[43] aliquem imitari, posset licite a Cristi vestigiis deviare.

Explicit tractatus de Cristo et
suo adversario anticristo.[44]

---

[c] *i. e. the Author of the Tract, cp. above* persona tamen hec asserens *cap. VII p. 671, also above p. 556* [d] *v. 37* [e] *v. 16* [f] *v. 1*

---

[24] officium videtur suum superfluum *ABCD* officium suum videtur sup. *δ* [25] sectarum *BCDδ* secta *A* [26] fingit *ABCDδ,E¹ in mar.* fiunt *(ud.) E* [27] prius *ABCδ* plus *D* [28] apud *ACDδ* ante *B* [29] factibilia *ABDδ* fictibilia *C* [30] sint *Aδ* sunt *CD* sit *B* [31] fucum *ABCδ* factum *D* [32] imitetur *AC* imitentur *BDδ* [33] fugiat *B* fugiant *ACDδ* [34] papam *ABδ* mandatum *CD* [35] Iesum *ABCD* dominum Iesum *δ* [36] plurem *ABCD* plurime *δ* [37] testantur *Aδ* testatur *BCDE* [38] 1ª *ABCD* 1º *δ* [39] 11º *ABδ om. CD* [40] dicit su. ap. *ABDδ* dicitur suis Apostolis *C* [41] mei *ABCDδ,E¹ in mar.* dei *E* [42] deberet *AD(!)* debet *BCδ* debere *E* [43] cristianum *ABCD* cristianus *δ* [44] Explicit *etc. AB* Excitlip Sutactrat de Storic. te. ous adsairouer *C i. e.* Explicit Tractatus de Cristo et suo adversario Explibit tractatus de Cristo et suo adversario etc. per Iohannem de Turnow *D* Explicit de Cristo et suo adversario anticristo. Incipit tractatus de fundacione sectarum *E om. δ, in its stead after* deviare *is add.* Iohannes Wyclefficek.

XXV.

DE CONTRARIETATE DUORUM DOMINORUM,

SUARUM PARTIUM AC ETIAM REGULARUM.

DE CONTRARIETATE DUORUM DOMINORUM.

— —

I. Division.

Thesis: In opposition to Christ the heavenly Lord there is another earthly lord, the Antichrist with his members, cap. I

Argument:

(a) The struggle of Antichrist and his army against Christ and their means of war, cap. I—V

(b) Objections of a frater *and their refutation, cap. VI—VIII.*

II. Summary of Contents.

Chap. I. *In opposition to Christ, the true and mighty Lord of heaven, there stands a power of the abyss, Antichrist, who has likewise as Christ his own law and very numerous members, p. 698. Proof for this thesis and etymology of Anticristus, p. 699.*

Chap. II. *Antichrist not being allowed to attack Christ the Lord, a hard and fearful struggle between the members of both powers is raging, p. 699. Instead of the only true law of Christ, wrong and deceitful arts, the* nigromancia *and* philomancia *have been introduced by the Sects in order to win the battle, p. 700. Etymology of both names, p. 700.*

Chap. III. *The Author speaks of the effects the first of these false arts produces in the Church: (1) it is said, that the endowment of the Church is a holy and meritorious work, p. 700. Proof, that this assertion is erroneous, p. 701—702.*

Chap. IV. (2) It is said that the engagements entered into by the temporal lords for fitting out the clergy with temporal riches, must unconditionally be kept, p. 703. Refutation of this assertion, p. 703—704.

Chap. V. The four Sects the introduction of which is spoken of as a good and meritorious work, p. 704, before all others take upon themselves the defence of these theses, p. 704. But it must be said that their introduction is wrong, p. 704, as the teaching of Christ plainly shows, p. 704. The head of the Sects endeavour to seduce all believing christians away from the Gospel truth, p. 705.

Chap. VI—VIII. In connection with this opposition between the members of Christ and Antichrist is the assertion of a frater, *that the old and common division of the Militant Church into three parts is not correct, p. 705, for women and children are not included in it, p. 707—708, and the clergy must be considered as* laboratores, *p. 708. — Refutation by the Author of all these objections on the ground of reason and Holy Scripture (Gal. III; Luke XI; Matth. XII; Eph. I; Rom. XIII; Matth. XXII), p. 708—709. — Excursus on the relation of the Mendicant Friars to this old traditional division, on their foundation and the many evils, which have befallen the Church in consequence of their introduction, p. 710. From all this, it is evident, that they are with their head superfluous and ought to be done away with, p. 711—712.*

III. Date of Composition.

There is only an argumentum e silentio from which the date of the Tract may eventually be inferred. It is curious to see that Wiclif in the list of the heresies of the Mendicants with which the Tract winds up, does not mention the Roman doctrine of transubstantiation, which otherwise is his main reproach against them in his polemical writings. Also from the slight hints at an English translation of the Bible, which may be inferred from the passages libri ewangelici *cap. VIII p. 711, as well as from the persecution of the* sacerdotes fideles *p. 711 a direct and conclusive date camot be inferred. I leave therefore the date of this present Tract uncertain.*

IV. Genuineness.

(a) External evidence:

(1) Wiclif-Catalogue of the Vienna codd., see above p. LIX ff.

(2) Bale, Summarium fol. 157^a.

(3) Shirley, Catal. No. 83 p. 27.

(4) Lechler, J. v. W. 568.

(b) Internal evidence:

(1) see above General Introd. V, e.

(2) a number of thoughts peculiar to Wiclif and often made use of by him in his polemical writings, are here repeated in a manner that there cannot be any doubt as to the genuineness of the Tract, cp. for instance, cap. VII, commencement with De Fund. Sect.; p. 709 below with ibidem.

***V.** Not printed heretofore.*

***VI.** Extant only in cod. Ashburnham XXVII. c. fol. 43^a—48^b; printed from the copy kindly lent me by F. D. Matthew, Esq. of London. Matthew has also done the collation, and I have every reason to rely on his conscientiousness. Whether any Correctors and Glossers have been at work on the Tract, is not shown by Matthew's copy.*

JOHANNIS WICLIF

DE CONTRARIETATE DUOROUM DOMINORUM.

CAP. I.

|| *Ash fol. 43a lin. 3*

|| Sicut est unus verus et summus dominus in celis residens, qui est trinitas increata, sic est unus | falsus et infimus dominus, qui est sathan residens | in abysso. Nam fides scripture Ioh. 14[a] vocat eum principem huius mundi, et Iob 41[b]: rex super omnes filios superbie. Et sicut princeps vel rex licet false nuncupatur, sic potest ad sensum similem dominus nuncupari.

Habent autem hii duo domini legem duplicem, membra duplicia seu tenentes. Lex autem dei et membra seu tenentes Cristi sunt lex scripture et predestinati ad gloriam; sed lex dyaboli et membra sua sunt lex scripture contraria et presciti ad poenam perpetuam.

Et sicut hii domini sunt condicionis contrarie, sic leges eorum et sua corpora sive membra. Sed cum 'super omnia vincit veritas', necesse est primum verum dominum secundum putativum et falsum cum suis appendiciis superare. Et sic necesse est, solum unum esse dominum, qui de domino superiori non teneat, et proporcionaliter dicendum est de sua familia atque lege.

Habet autem lex scripture et per consequens membra Cristi paucos fautores hodie vel tenentes. Lex autem dyaboli habet

---

CAP. I. [a] *v. 30* [b] *v. 25*

multos fautores et per consequens membra anticristi multiplicia vel tenentes.

Dicitur autem anticristus ex triplici significacione famosa: primo pro capitali dyabolo, qui sathan dicitur sive lucifer, de summa ierarchia celesti, in bonitate nature precipuus inter omnes dyabolos, qui ex superbia ceciderunt. Et sicut deus habet in terris humanitatem Cristi suum verum vicarium, sic iste dyabolus habet in terris suum vicarium, qui ad secundum sensum dicitur anticristus. Tercio vero modo potest quodcunque membrum dyaboli dici dyabolus ac eciam anticristus. Sicut enim membra Cristi dicuntur nuncupative propter inhabitacionem et conformitatem animi ipse Cristus, sic membra dyaboli propter assimilacionem dicuntur dyabolus ac eciam anticristus. Sic enim veritas de Iuda Scariothis loquitur: nonne ego duodecim vos elegi, et unus ex vobis dyabolus est, Ioh. 6?[c] Et I Joh. 2 scribitur[d]: Et sicut audistis, quia anticristus venit, nunc anticristi multi facti sunt.

Et concordat interpretacio cum ista sentencia. Dicitur enim anticristus ab anti, quod est contra, et Cristus, quasi contra Cristum, sicut oportet esse omne membrum dyaboli. Unde I Joh. 4[e] sic scribitur: omnis spiritus, qui solvit Iesum, || ex deo non est; || *Ash fol. 43b*
et hic est anticristus, de quo audistis, quoniam venit et nunc iam in mundo est.

CAP. II.

Sed quia anticristus non potest Iesum Cristum quoad suam propriam substanciam impugnare, nititur contra Cristum in membris suis agere, que sunt partes ecclesie, et in lege.

Nam in ista hora novissima sunt multi anticristi legem domini impugnantes, ut hii blasphemant, quod lex scripture est falsissima lex in mundo. Et hoc machinatus est dyabolus, ut regula catholica in auctoritate et amore deficiat cristianis. Nam si lex ewangelica sit sic falsa, viantes naturaliter ipsam negant, odiunt et per consequens auctoritatem eius in suo regimine parvi pendunt.

[c] *v. 70* [d] *v. 18* [e] *v. 3*

Secunda pars scole dyaboli introducit multas leges absconditas, legi domini repugnantes, cuiusmodi sunt nigromancia et philomancia, quas dicitur hodie esse a fratribus introductas.

